



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Historiarvm Indicarvm Liber Octavvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

HISTORIARVM  
INDICARVM  
LIBER OCTAVVS.



VM hæc apud Indos alterna succedunt vice; interim ex alia quoq; parte, atque aded planè diuersa, perquam insigne ab homine Lusitano facinus editum est. Fernandus Magalianes agebat Olisipone, ingenti animo vir, & rei naualis apprime callens. Is, quod in India sub Albuquerque duce stipendia multa fecisset; nequaquam pro spe præmiorum (vt in suis plerunq; meritis estimadis nimirum sibi fauet humana cupiditas) ab Emmanuele tradari se questus, ad opulentio rem Caroli Cæsaris Castellæ Regis aulâ transfijt. ibi, cum astronomis aliquot communicato consilio, & implacabili odio in Emmanuelem accensus, Cæsarem & cõsiliarios docet; Molucas insulas, quarum celeberrimis toto iam terrarum orbem ditijs Lusitani fruuntur; intra Castellane cõquisitionis limites haud dubiè contineri. idque non pluribus tantum argumentis è mathematica supputatione cõtendit; sed etiã acceptis inde litteris à Francisco Serrano, de quo supra commemorauimus; in quibus de admirabili quadã eius regionis cum opulencia, tum ab aurea Chersoneso lóginquitate differeret. Profectò, si à fortib⁹ & peritis hominibus teneretur ex Occidente iter; haud ita magno negotio è Peruana terra in easdem insulas penetrari posse. opẽ dein addit monitis, ac se, modò in eã expeditione necessaria præbeantur; in omne disci-

men, experiundi causa paratum ostendit. Nam  
 Cæsarem & magnitudo promissi, & Fernandus  
 storitas cum testimonio Serrani coniuncta  
 que compactis egregiè nauibus, eximio & nati  
 milite ad Hispalim instructis (quo in numero  
 fules erant Lusitani complures) vnus Magali  
 cum summo imperio ac potestate præficitur.  
 ijs nauibus, Bati fluuio in altum Oceanum  
 ètus; Canarias primùm insulas, tum Br  
 certo iam pridem itinere petijt, inde, velis in  
 strum datis, cum ignota littora diu legisse  
 gni fluminis ostia ventum est; quod Sancti  
 ni vulgus appellat. is locus quinquaginta  
 bus ab æquinoctiali abest circulo. neque in  
 gè, infesto rigore, & æterno pressa gelu,  
 montium cacumina in cælum exsurgunt,  
 incolunt homines immani duodecim ampli  
 drantium statura, efferis moribus, crudis in  
 carnibus adfueri. quibus duo ad classem aut  
 blandimentis ac muneribus à Magaliane  
 liniti, intra paucos dies ex insolita victus con  
 tndine perire. Ad eam oram explorandam  
 nauis vna, cui præerat Ioannes Serranus, in  
 los illata, saluis tamen hominibus, frangitur.  
 ce rebus conterriti classarij, & præter alia  
 incommoda leuissimo frigore enecli; incerta  
 ta, & perueniendi quò intenderant spe; reuer  
 nem plerique suadere, quidam etiam conuul  
 fragitare insisterunt. Hosce Magaliones, ob  
 ad omnè patientiã animo, benignis adhortati  
 bus aliquandiu sustentare conatus; comperta  
 mû cõiuratione; partim capite, partim exilio  
 nijs. qua supplicij ac minarû acerbitate, ob  
 ctis interim ab omni rerû nouarû conatu relin  
 quuntur.

rī animis; vltra eū locum tres fermè gradus, hoc est  
 leucas circiter quinquaginta, processit. atque ibi  
 demum sese ostendit euripus, sinuoso meatu Ocea-  
 num ytrumque coniungens. Ea re tum ex incitatif-  
 simo aquarum æstu animaduersa; tum ex cetorum  
 offibus in littus eiectis; quasi peracto iam itinere,  
 gratulatio ingens à Magaliane facta; & euripo ipsi,  
 ab inuentore, perpetuum ac nobile nomen inditū  
 est. ibi, commeatibus valdè imminutis, cum denuò  
 fremitum vel querimonias quorūdam inaudisset;  
 capitis pœna proposita, vetuit ea de re sermones  
 inferri. Tum alia nauis ad inquirendum exitū præ-  
 missa; ducem frustrata per tenebras retrò vnde ve-  
 nerat, Hispalim reuertit octauo mēse quā ex co-  
 portu discesserat. Eam nauem missis qui quærerēt,  
 incassum dies aliquot præstolatus, cū reliquis tri-  
 bus audacter ipse progreditur: perque varios mæ-  
 dros, & cæcas ambages, crebro velorum flexu tan-  
 dem ex altera parte vastissimum rursus in æquor  
 euasit. & quoniam sub æquatore ipso positas Molu-  
 cas esse didicerat; in eam partem proras dirigere  
 magistros iubet. Leucas mille quingentas procul  
 ab omni terræ conspectu prouecti, in desertas ali-  
 quot insulas incidere; quas ex aduerso Italix oppo-  
 sitas nonnulli arbitrantur. inde continuato in Sep-  
 tentriones itinere, ad Subum insulam leucarum  
 fermè duodecim ambitu, auri feracem, si equetem  
 incolis ventum est. Ibi Magalianis labores exitu  
 nec opinato conclusi. quippe insulæ regulus, quod  
 armis eo tempore cum finitimo Rege Mathani cō-  
 tenderet; oblata recentis auxiliij spe, aduenas non  
 solum hospitio libenter excepit; sed etiam in eorū  
 gratiam sese cum vxore, liberisq; & popularibus  
 circiter octingentis, Christianum fieri voluit; &

X

hono-

honoris causa in sacro baptismo Fernandus  
 men assumpsit. Hisce necessitudinum vinculis  
 gis magisque Lusitanus obstrictus, petenti  
 & Christiano, & hospiti, negare non potuit.  
 sione cum praestantibus aliquot facta, Magalium  
 cum semel iterumque fudisset hostes; tertio  
 que ex insidijs ipse circumuentus occiditur.  
 ri, partim, circa eum interfecti, partim elapsi  
 ad naues cum tristi nuntio peruenere. Neque  
 miseriarum fuit, ex quo facile existimari po-  
 qua non temere, nec sine diligenti praeparatione  
 barbaris Christiana sint impertienda mysteria  
 gulus, qui vix adhibito catechismo, vel antea  
 te sceleribus cum salutari detestatione damna-  
 micitiae & temporis causa, peregrina sacra susci-  
 fer, qua mobilitate Christum induerat, eadem  
 post & Christum ipsum, & vna cum Christo  
 derum, fas, humanitatem, fidem penitus exiit.  
 ab hoste pacem, cum eo si aduenas e medio salu-  
 recetia merita & iustas nuper dextras oblatis  
 nime recusauit. Tam scelerati dein facinorosi  
 tradi, cum in aperta vi nulla esset spes; prius  
 e classe ad viginti, per officij ac beneuolentiam  
 ciem ad ferale conuiuium inuitatos, repetitis  
 ipsas dapes & pocula contrucidat; vno loco  
 rano vel ad ludibrium, vel ad lucri spem re-  
 to; quod ex redemptione se partem aliquam  
 phurei pulueris, & aliquot aenea tormenta  
 machinae in ijs locis nihil vnquam simile  
 fuisset) capturum esse consideret. Atque  
 spes salutis afflicto quoque Serrano retribuitur  
 rum vtrumque postmodum euentus fefellit.  
 productus in vinculis ad mare Serranus; nouum  
 de exponenda primo socios ad misericordiam

erymasque commouit: eodemque interprete, per  
consuetos iam nutus ac symbola, cum incolis agi  
de pretio captum. Pacifcebantur utrinque pecuniae  
loco, duas minoris formae bombardas, & pulueris  
aliquantum. Ea cum lintribus ad terram nauae ad-  
mouissent; subito pretium augere insulani, & re-  
cedere a conditionibus, ac redemptorem varijs ar-  
tibus detinere. Inde altercatione cum iurgijs or-  
ta, cum maior maiorque hominum frequentia ad-  
litus afflueret, veriti fraudem & insidias classia-  
rij, sese ad naues re infecta subducunt: anchoris-  
que sublatis, miserum Serranum, frustra fas religi-  
onis, amicitiae, patriae, lamentabili vociferatione  
obtestantem, in barbara & crudeli terra destituunt.  
ad insulam decem leucas inde prouecti, varijs ca-  
sibus immunitas recensent copias, fufis ac laceris  
magna ex parte armamentis, centum & octoginta  
non amplius homines in vniuersum inuenti. Cum  
in tres ipsas naues, neque nauae, neque funes, neque  
vela sufficerent; aluco vno, qui praeter ceteris quassa-  
tus erat, incenso; turbam cum instrumento omni  
in alteram transferunt. ita, duabus tantum reliquis  
nauibus ex eo loco discedunt; ac proris in occi-  
dentem Solem obuersis, diu errabundi, ad Molu-  
cas insulas tandem aliquando perueniunt. ibi cum  
Tidoris regulo haud a grege societas iuncta. Lusitana  
tamen aberrat classis: eo facilius corrasis vndique fru-  
gibus, regulo enixe adiuuante, per totae rumnas &  
pericula petitum ex insula specimen auerunt. ac  
trito inde itinere utraque primum institit nauis. de-  
in Lusitanarum classum iniecto metu; altera flucti-  
bus quassata, cum omnibus compagibus aquam ac-  
ciperet, ad Molucas recurrit; ibique egressis in ter-  
ram hominibus, ad scopulos allisa diffringitur, al-

tera

tera Indis ad dextram relictis; immani aufug-  
 nus altum præcidere, & rectâ Bonæ spei prætorium  
 petere intendit, eo superato, cum ad  
 ridas vsque insulas processisset; inaudito portu  
 nium seculorum memoriam cursu totum orbem  
 emensa, & æmulis classibus illuc vsque feliciter  
 uitatis; ab Lusitano demum Limenarcha in  
 tu detenta est; & pauci qui superfuerant sem-  
 mes in custodiam traditi: è quibus tamen  
 nauis deinde recuperata, in Hispaniam, vnde  
 iam, patria Vicetinus, obstupescens mirabilis  
 èis miraculi nouitate, in Italiam redijt. Huius  
 ui non sine causâ Victoriæ inditum fuerat nauis  
 Naclerus erat Ioannes Sebastianus Canus, ex  
 pido Guetaria Vardulorum, ad Pyreneum  
 mi fortitudine, peritia gubernandi, & inaudita  
 licitate sanè promeritus, vt ipsius ac patriæ  
 nullus vnquam casus, nulla temporum longi-  
 tas obruat. Neque me fugit, hæc aliter ab  
 quali eorum temporum tradi. Sed nos rem  
 ex fide retulimus: hæud mediocriter locupletem  
 huiusce narrationis auctorem sequuti Ioannes  
 Barrium Lusitanum; ad quem, præter cetera  
 ritiam, & habita cum superstitibus ex ea  
 loquia; conscripti insuper ab ipsis gubernatoribus  
 eius peregrinationis commentarij perueniunt  
 eo deinde tempore sæpius in Molucas è Bona  
 mùm, ac postmodum è noua Hispania nauigatum  
 ptum, quæ res ingentem discordiarum motum  
 ter Lusitanos ac Beticos peperit, nec sine  
 motu, cum in Europa legibus, tum in Asia  
 illius maris & commercij possessione certaret  
 Magalianses è Bætica Septembri mense anni  
 quagesimi soluerat, biennium circiter in ea nauigatum

tionem consumptum. Inter hæc, de rebus in Ceilano gestis nuntij ac litteræ in Lusitaniam venerant. Ad ea tam opportuna & fructuosa tuenda commercia, & fluxa fide Regem in officio continendum; arcem instaurari, & aucto præsidio diligenter custodiri Emmanuel iussit. Eius rei causa Lup<sup>o</sup> Britus cum supplemento fabrum ac militum in Ceilanâ profectus, accepto à Ioanne Sylueria castello; primum omnium concharum vim ingentem è proximo petijt; è quibus Indico more calce confecta; non uos muros prioribus iam collabentibus ex arte perduxit; ac fossam probè purgatam statumine munit. Ea re offensi vehementius insulani, quos comuni vocabulo Cingalas vocant: quod contra ipsorum salutem ac libertatem cuncta parari haud absurde suspicarentur. Et Saraceni inquilini de more suspicionem ac metum augebant, in conciliabulis dictitatio, veros videlicet vates initio se fuisse; cum exitialem Columbanæ terræ Lusitanorum aduentum fore prædicerent. Per speciem societatis illapsos inaudita auaritia & crudelitate homines, paucis diebus malè multato hospiti Regi stipendium imposuisse. post hæc, aliarum gentium homines, nullo iure aut exëplo ab ijs littoribus arcere cepisse: non quieturos, quoad iniecto ad arbitriû frano, populis perinde ac iumentis aburantur; nec eorum fortunas modò, sed etiam succum & sanguinem hauriant. Habere Columbanum digna factis & moribus præmia; qui, spretis fidelium lociorum consilijs; nouam & incognitam veteri & expertæ amicitia prætulisset. Huiusmodi facibus ad execrabile odium nominis Lusitani accensâ plebs; venalia primum alimenta cibosque castello subtrahere: dein eò audaciæ ventum; vt Lusitanos longius ab ar.



ab arce vagantes, vel iaculis eminus peterent, iniquo loco circumuentos occiderent. ad tam atroces iniurias, principio, pacis & concordiae causa, leniter agere, & conuiuere Praeterea. Sed conuitia milirum, segnitiem & ignauitiam crepantium, diutius ferre non potuit. meridie horis, quod aestiuae maximè quietis est tempus, centum & quinquaginta armatis Columbū oppidum arce pæne coniunctum, quàm tumultuosè inueniunt. Barbari, qui vt in summo otio, nullis mœnibus, neque stationes neque vigiliis agere metu perculsi repete capessunt fugam; re famulantes pauidis cōiugibus, paruisq; liberis in tanto periculo destitutis. Britt<sup>o</sup> sine certamine oppidum inuenit, milite à direptione cædibusq; continuantibus, foeminas puerosq; ad fores ardiū alligari vidit, vt cum in sua potestate omnia fuisse redeuntibus galæ cernerent, ex eo ipso, quàm non hostis Regem populūq; animos gereret, exitum inuenire facile possent. Simul etiam ad retardandam eorum ferociam, si ab tergo instarent, patientioris vt ad castellum fert, testis ignes iniecit, salutarem consilio. quippe barbari, non celerius, armati metu, sese ex oppido eiecerat, quàm ictri delicti & solitudine pignorum, conglobati furentes in prælium rediēre: instantesque Lusitanis recipientibus, eodem impetu in arcem irruere potuissent; nisi eos cum demendi vinculum relinquentis incendiij detinuisset moram de nostris ad arcem mature adipiscendam ostendendasq; portas spatium est datum, cum exitum tamen agminis fermè triginta saucij rediissent. que is terror (vti putarat Britt<sup>o</sup>) ad pacandam gentem. quin, exasperati potius animi, signo

to per agros, armati ad viginti millia conuenere. ea multitudine freti, cum temere ad arcis moenia subiissent; magna cum caede vulneribusque repulsi, castra communiunt. in exitu iam aestas erat: eodem maiorem in spem venerat regulus, si minus oppugnatione procederet; interclusis propter anni tempus maritimis comitatibus auxiliisque, obsessos ad ultimam inopiam redigendi. Neque tamen interea quies ab armis & ab operibus erat, aggerem assiduo labore ad moenia Cingalæ proferebant, missilibus dies noctesque fatigabant hostem: inferiores utique Lusitanis tormentorum magnitudine, & artificio; sed molem supplebat numerus, ferreas contraxerant ballistas ferme sexcentas. et vel brachijs collibratae, vel innixa canterijs, indita in fistulam plura simul veruta decem palmorum longitudine, a prugno aduersus ignem pennata corio, ita excussæ emittebant; ut ad passus ferme ducentos obuia quæque perfringerent. hisce verutis interdum impetebant inclusos: noctu ignitis iaculis militares intra arcem casas & diuersoria, ramis & frondibus raptim exstructa, incendere conabantur. Lusitano, in magnis rerum angustijs nihil erat æquè difficile, atque aquandi ratio, quod puteus extra arcem non sine cruore adeundus esset, neque eodem per cuniculos, ut olim Cananore, penetrari loci natura permetteret. Accedebat aduersus tantam hostium multitudinem, mira defensorum paucitas; ut sine vlla interdum vicissitudine iisdem perstare in stationibus & excubijs cogentur. Vna tantum fiducia restabat venturi ab continente subsidij, si rem usque in aestatis initium extrahere potuissent. Verum ea quoque spe excidere, postquam exacta iam per ingentes labores

labores hyeme, Antonius denique Lemius  
 cino cum vna tantum trireme, neq; plus que  
 ginta propugnatoribus, affuit; & ijs quidem  
 coactis, quod & Sequeria eo tempore cum  
 ma parte copiarum abesset; neque è præfidi  
 tanta infensarum circa gētium propinquitatē  
 duci milites expediret. Interea barbari dū  
 sturnisq; operibus promotō vallo, turres  
 per è palmea materia, cespite ingesto, duarū  
 rant: vt è superiore loco, dum fossa complerē  
 sagittis & iaculis hostem in muro consistere  
 berent. Eo periculo animaduerso Britus,  
 allati subsidij tenuitas emanaret, vtrūq; in  
 erumpere statuit. Concilio conuocato, Lu  
 trierarchum postera luce circa meridiem  
 à mari oppugnationem ostendere, & ma  
 tormentis quaterere turres iubet, ipse intē  
 partem hoste, cum trecentis & quinquaginta  
 tanis ex alia parte, semiplenas & incauta  
 nes aggreditur; turbatosque ipsa audacia  
 vallo decurbat. inde transgressus munitione  
 dem impetu simul vtramque turrim inuadit  
 fosq; hostes, è propugnaculis deiicit. Tur  
 ab Lusitano captis, clamor extemplo circum  
 & palmeta perfertur; palati in vnum coeunt  
 ri; vt omni conatu Lusitanum expellant. In  
 structa acies tota Cingalarum, Saracenis im  
 admouebatur. centum & quinquaginta erant  
 tes, haud spernenda in ijs regionibus ala; p  
 ingens numerus. elephanti quinque & viginti  
 ibant, ex ijs erant primi ordinis quattuor; &  
 res modò cū sagittarijs dorio vectare affue  
 etiam in decussim alligatas ad proboscide  
 tanta vi ac dexteritate vibrare, vt quicquid

te vel à fronte se obiecisset, ancipiti ferro profcinderet, is terror Lusitanis offusus, primò referre pedem coegit: mox, quòd sæpè fit, in ipsomet recidit hostes; cum densis istæ glandibus bellæ, spreto rectorum imperio, terga vertissent. Vrente dein magis magisque introrius plumbea peste, doloris impatientes, quacunque ruerent, late stragem edere; ac simul culpidibus iaculisque ab tergo Lusitanus instare. Ita suismet auxilijs cum ingenti clade barbari dissipati fusi que. Brittus fugientem hostem aliquandiu persecutus; vbi ad lucos & nemora ventus est; contentus eius diei victoria substitit; & priuquam se barbari ex pauore ac trepidatione colligerent, nõ sine multo suorũ sanguine se in arcẽ recepit. Atq; is dies obsidioni attulit finẽ. Amissis ex amicorũ numero precipuis, regulus Mahometana hortamenta stimulosque exsecratus, vnà cum arcis potiundæ spe, consilia belli deposuit: missisque ad Brittum oratoribus, veniam erroris & pacem denuò petijt: atq; ab Lusitanis, vel quietem ex longa defatigatione desideratibus, vel absente Præto- re Sequeria nullam expectatibus opem; haud grauate concessa. Ceilani res in pristinum rediẽre. Ac Prætor ineunte iam ætate ab Armuzia profectus, Cambaia leges oram, ad Diu applicuit. ea vrbs, quòd magnas (vti diximus) habet opportunitates, & furtiuus Aegyptiorum & Saracenorum nauigationibus tutum ab Calecutu receptum dabat; Lusitano præsidio locum aliquem ibi obtineri ad hostes arcendos magnoperè cupiebat Emmanuel. itaque inter cætera Sequeria mandarat in primis, vt Cambaiani Regis, & Iazij dynastæ voluntate, si fieri posset; sin minus, vi atque armis aream arcid Diu ædificandæ occuparet. Et Cambaia-

Y

nus

nus quidem Rex, haud multum ab ea societate  
 ditione abhorrebat. Iazius verò, summa vi,  
 pud Regem, tum apud satrapas nitebatur,  
 sitanis in eiusmodi possessione pateret immo  
 & simul, quantum ex tuto & occulto poterat  
 ni præternauigantibus inferebat: miro  
 artificio eximiam quandam in Pratores,  
 Emmanuelem obseruantiam ac beneuolentiam  
 mulans. Neque tamen eos planè fallebat,  
 vtrinque fūco ac fallacijs agebatur. Sequens  
 ab Armuzia rediens Diū applicuisset, vt dicitur  
 stitueram; bona cum pace in speciem accepta  
 nec modò com meatus in classem benigne  
 verum etiam ipse & nauarchi donis cgregijs  
 Verum appellatus de potestate edificandæ  
 ita se ad id propensum ostendit; vt rem in  
 tā sui arbitrij negaret esse. legatos necessarios  
 tendos in regiam (vrbs erat Madaba, sexcentis  
 rē leucas à mari) magnoperè confidere se,  
 manuelis honori; tum etiam suis ipsius  
 ac suasionibus id facile ab Rege datum iri  
 dis promissis, ac singulari comitate extraheret.  
 At Lusitanus fraudem sentiens, vt verbis  
 nihil vidit; ad vim atque arma adiecit animo  
 que ita difficilis videbatur futura oppugnatio  
 quòd cum à militibus imparata eo tempore  
 erat; tum in eo ipso littore stationem habentibus  
 queriæ noua ab Emmanuele auxilia superuenirent.  
 Sed tanta fuit Iazij in agendo lenitas, tanta  
 tandis viribus & omnium rerum apparatus  
 tia; vt Prator, mitigata in præsens ira, neque  
 tali tempore summam rem in discrimen adducere  
 sine vlla noxa recesserit: maioribus videlicet  
 pijs anno proximo rediturus. Sequens prætor  
 dupl  
 non r  
 que s  
 uis o  
 mè  
 im  
 pugn  
 torm  
 medi  
 stelle  
 tet, ac  
 raria  
 perfe  
 rent.  
 posse  
 tortu  
 flexil  
 ita o  
 birer  
 per n  
 bas d  
 nibus  
 de co  
 per le  
 omne  
 legni  
 ria pa  
 cinu  
 noua  
 nefici  
 vel in  
 meat  
 ita  
 gita

duplici voluptate Iazium & amicos affecit: quod  
 non modò præsentem arcis apparatus consilium-  
 que sine cruore discusserat; sed etiam ad urbem no-  
 uis operibus muniendam, & externo, quo maxi-  
 mè nitebatur, firmandam milite, spatium erat na-  
 tus, itaque in neutro cessauit: idoneis locis pro-  
 pugnacula extruxit, instaurauit mœnia, & in ijs  
 tormenta vigiliisque disposuit. Castellum est in  
 medio ferme introitu atque orè portus, ab eo ca-  
 stello catenam ingentem ex ea parte qua latius pa-  
 tet, ad oppidum vique perduxit, ab altera, tres onè  
 rarias collocavit ponderibus adeò degrauiatas; vt  
 perforato, cum opus foret, alueo, repente subside-  
 rent, à frôte autem, ne subire triremes ad murum  
 possent, prægrandia saxa & cautes in mare deiecit,  
 tortuosos præterea cancellos, & varijs ad errorem  
 flexibus in se recurrentes, obliquo amne defixit.  
 Ita omni aditu terra marique intercluso, lembos  
 biremesque centum & octoginta, & aliquot insu-  
 per negotiatorum naues in portu cohibuit. Ara-  
 bas denique, ac Turcas, Persasque, & ex alijs natio-  
 nibus Christianæ maximè fidei desertores, merce-  
 de conduxit: ac, ne quid interea de ædificatione  
 per legatos Prætor Lusitanus ab Rege impetraret;  
 omnem per se perq; suos conatum adhibuit. Neq;  
 legnitus eodem tempore, diffusus legationi Seque-  
 ria parabat bellum. Ab Dio-Goam, atque inde Co-  
 cinum delatus; veteres naues, & quassatas refecit,  
 nouas deduxit, complures nauarchos, quibus in be-  
 neficij loco Emmanuel quæstuosos ad Malacam,  
 vel in Molucas, aut in Sinas, aliove dederat com-  
 meatus, pro imperio ac potestate, Cocini detinu-  
 ita, summo studio adhibito, duodequingua-  
 ginta maiorum nauium classem varij generis, cum

Y 2

cate-

cetero instrumento machinisque, tum valde Seque-  
 litum centurijs adornauit. è Lusitana Soboles eluden-  
 millia; ex Indica impositi Canarini, ac Molucca instru-  
 octingenti. Cum ijs copijs Sequeria, præciliu  
 muziæ repetendæ, quod Rex Torus tributa tribu-  
 manueli soluere distulisset; rursus ex itinere ferens  
 accessit, sub eius aduentum Iazius, per exploratores machi-  
 res iam ante de Lusitanorum apparatu certior in ijs,  
 clus; ne coram agere cum Sequeria cogitator  
 tanquam euocatus ab Rege magnis itineribus in  
 contenderat; Saca filio cum idoneis relictis mi op-  
 ius adolescentiæ tribus, firmoque militum transi-  
 dio ad urbem relicto. Is, de area blandè pertra, &  
 nuntios ab Lusitano appellatus; è seniorum substitui-  
 tia benignè respondit: Si comiteatu, vel eorum  
 alia in classem opus sit; se affatim pro am bello  
 pro consuetudine præbiturum: neque id. tum  
 rerum omnium copia, quanta vrbi tū sup- culo  
 magni obsequij loco numeraturum esse. dij vo  
 rō ad aream arci designandā attineat; se in officii  
 te parentis esse: nec super tali tantaq; re. Præto  
 quicquam eo absente decernere. mirari, & lit  
 diem Sequeria nullos ad Mamudium pro hil æc  
 res aut nuntios miserit, integram etiam cerni  
 rem: & Iazium patrem, ab Rege accitum, nestas  
 aduolasse libèrius, vt præfens, auctoritate, propa  
 gratia, postulatis Lusitanorum adesse. si dim  
 niam Sequeria per interpretem ambigue li, int  
 rat, Lusitanos in eo genere iam dudum exercit nauig  
 modò sese in id ipsum intenderent, arcem & ali  
 negotio excitaturos; ipse vicissim obicure facil  
 non vnam omnium locorum esse naturam gatio  
 æque facilem in eo emporio structuram fos rios,  
 que in alijs Indiæ, vel Africa littoribus exten- & pu

Sequeria, vbi Mahometanos nō minus artibus ad  
eludendum, quā munimentis ad propugnādum  
instrūctos videt; de summa rei praefectos in con-  
cilium aduocat. ibi, sententijs in diuersa tenden-  
tibus, aliquandiu certatum. Erant qui non diutius  
serendam ludificationem, atque ad motis vndiq;  
machinis moenia protinus quatienda censerent.  
In ijs, tormentorum magister, circumuectum spe-  
culatoria nauicula se, ad dextram oppidi partem,  
quae in mare imminet, animaduertisse haud ita fir-  
mi operis muros. si placeat, se celeri strage illac  
transitum in urbem esse daturum ostendit. alij cō-  
tra, & ij praecipue, quos Pratoris iussu ad Cocinū  
substitisse docuimus, nunc oppidi vires, & arma-  
torum frequentiam; nunc ipsius Regis opes, quem  
bello prouocari non expediret; nunc naturā gen-  
tium quae memorabant ius: quod utique magno pia-  
culo violatum iri, si non ante explorata Mamu-  
dij voluntate; inter ipsa benevolentiae & caritatis  
officia, oppidanis repente vim attulissent. quin  
Prator, vti Saca & Iazius ipse hortarentur, legatū  
& litteras ad Regem protinus mitteret: a quo si ni-  
hil aequi impetratum foret; tum denique armis de-  
cerni posse: neque vnquam Iazij oppugnandi ho-  
nestas Lusitano causas defuturas. Hæc à nauarchis  
propalam iactabantur: illa tacita suberat cura, ne,  
si dimicari coeptū esset; crescentē in dies mole bel-  
lij; interim ad optatos cuiq; portus & commercia  
nauigandi facultas effugeret. Eò vrgebant acrius,  
& alijs aliquot in eandem sententiam adductis,  
facile tenuere, vt ab armis abstineretur, quoad le-  
gationibus tentata res esset. Id vbi manauit; classia  
ros, victoria simul ac prædæ incensos cupidine,  
& pugnae signum in singula momenta expectan-  
tes,



tes, magnus repente dolor incessit: vulgo, & de-  
 tos delusosque fremebant: nec modò querela  
 etiam probra & maledicta in Prætorem em-  
 bantur. atque etiam præfecti, se bellum suum  
 summam impudentiam mentiendo, assentem  
 que militibus, in Sequeriam ducem (cui vel  
 mis parci oportuerat) omnem decreti em-  
 diam transferebant. Ea re Prætore cognita,  
 eosdem in consilio vocat: &, Quandoquidem  
 nobiles, inquit, è vobis audio esse complures  
 sese militibus venditent, totamque dilati-  
 belli causam in me conferant vnum; & alii  
 consilio, aliter in circulis ac coetibus dispen-  
 nuò perrogare sententias placet; nec verba  
 sed etiam tabulis publicis cõsignare, vt que  
 que senserit, dixerit, sua serit, palam exi-  
 posthac ex mea alterius infamia, vel  
 splendorem ad vulgus, & gloriam querant.  
 dicta, rogati præfecti, eadem illa de belli  
 ratibus, de Cambasiani potentia, de spe  
 nis, deque amicitia legibus iterarunt; &  
 deinceps in codicem scriba publico referen-  
 tentias. Hisce ita peractis, communi decreto  
 si à Prætore qui Sacra nuntiarent: Quando  
 super tali negotio habet à patre mandatum  
 ipso inconsulto, nedum inuito, Lusitanos  
 conaturos, pacem eius, & Mamudij Regis,  
 & ijs qui ante se pro Emmanuele Indiam  
 antiquissimam semper fuisse: & quoniam  
 bus visum fuerit, se duos è classe primarios  
 listurum: Rhotericum Fernandum, qui ad Ma-  
 dium ea ipsa de re contendat; & Didacum Po-  
 sem Beianum cum nauibus paucis, & fibula  
 strumento; vt simul atque cum Rege con-

sine vlla cuiusquam iniuria in optatam, & vtilem  
 vtriusque ædificationem incumbat. interea se Ar-  
 muziam, vti instituerat, perrecturum: petere ab  
 Saca, & rogare, vt procuratores Emmanuelis pro-  
 consueta humanitate, & hospitij necessitudine tra-  
 cter. Ad ea cum Saca, non exiguo leuatus metu, li-  
 beraliter admodum respōdisset; ex condicōto Rho-  
 tericus legatus in terram expositus; Beianus cum  
 nauibus tribus responsum ab Rege ibidem expe-  
 ctare iussus. aduentitij nauarchi ad viginti, merca-  
 ture causa alij aliō dilapsi. Prætor cum cætera clas-  
 se Carmaniæ oram legens, Armuziam venit, ibi  
 cum Rege Toro, & Lusitano præsidio collocu-  
 tus, dilatae ab Toro pensionis causam reperiēbat  
 eiusmodi. Baharenū est, cuius ante meminimus,  
 insula & vrbs in Persico sinu (sunt qui olim Icha-  
 ram dictam putent) cum fertilis agro, tum verō  
 margaritarum piscatu prænobilis. Hanc insulam  
 iure beneficiario possidebat Mocrinus Arabs, ve-  
 stigalis Regum Armuziæ. Is, cum viribus & inge-  
 nio contumax, tum etiā Mecani antistitis affini-  
 tate subnixus, cuius filiā habebat in matrimonio;  
 indignari cepit, seruire se Armuziano Regi, qui à  
 paucis Mahometanæ sectæ aduersarijs, ex vltimo  
 occidente profectis, regnum defendere paulò an-  
 te nequisset. Non esse verū, alijs imperare, qui sua  
 seque ipsum tueri non valeat. Ergo, non modò  
 iugum apertè detrectare instituit Arabs; verū  
 etiā prædatorijs nauibus omnes circa regiones  
 infestas habere; & commeantes Armuziam vndi-  
 que negotiatores auertere, è quibus incursionib⁹,  
 tantum paucis mensibus Armuzianæ rei damnum  
 illatum est, portorijs magna ex parte imminutis;  
 vt Regi ad tuendam vix personam, nedum ad ve-

Stigal Emmanuelli soluendum, nummi supp-  
 rent. Hasce querimonias Torus cum ad Sequen-  
 ante per litteras detulisset; tum verò coram  
 gere acrius insilit, vt sibi aduersus rebelles  
 lium ex fodere præberetur. Neque abnuit Per-  
 Virum eximiè fortè, ac bellicæ rei peritum,  
 nium Corream expeditioni præposuit cum  
 tem egregiè instructis nauibus, & Lusitanis  
 tibus quadringentis, quorum, è prima nobilitate  
 centum numerabantur iuuenes ad omnia pro-  
 ti, laudisq; ac decoris apprimè cupidi. Ad-  
 pias, Torus, lembos, quos vulgo terradas vocant  
 ducentos adiūxit, Xaraso ex amicis præfecto  
 tribus circiter Persarum, aut Arabum milibus  
 altera parte Mocrinus, ipsa meritorum con-  
 tia monitus, haud dubiè tali apparatu peruen-  
 se; tamquam indicto iam bello, sic omnia  
 pugnationem arcendam summo conatu  
 rat, ac primùm, ex insula vicinisque locis  
 torum coegerat millia fermè duodecim: quibus  
 erant equites trecenti Arabes, è Persidis  
 tarij quadringenti; fistulatores præterea Turci  
 ex ipsius Mocrini dititione perpauci. Reliqui  
 gentis more, gladio & iaculis vtebantur. Ad-  
 qua in Baharenum oppidum est descensus, ubi  
 aggeremque perduxerat; passim obuersis in-  
 tormentis, & suis cuique præfecto stationibus  
 dine distributis. Correa, mense Iunio peruenit  
 Armuzia; aduersa tēpestate diu retentus est; post  
 mum in Bahareni conspectum delata classe, in-  
 tra idum bombardæ anchoris in salo iactis, in-  
 toque consilio; placuit duabus simul partibus  
 gredi urbem: & hinc Armuzianos, inde Lusitanos  
 in terram exponere, non modò ad hostem an-

prælio distinendum; sed etiam, quod Correa, in tā  
exiguo Lusitanorum numero, diffusus Arabum ac  
Mahometanorum ingenijs, separatim & ex diuer-  
so rem gerere tutius putabat: præsertim cū con-  
tra Baharenios eiusdem & sectæ, & sanguinis gen-  
tem, inuitos arma ferre non dubijs indicijs com-  
perisset. Neque eum prouida fefellit opinio. Xara-  
fus, infra hostiles munitiones facta descensione,  
copias proximum in collem subducit, & explican-  
dis per tumultum ordinibus, & imperia turbando  
imperijs, data opera tempus terit, spectator inte-  
rea futurus alieni certaminis, & consilium ex par-  
tis alterius euentu capturus. Correa, ne ipse qui-  
dem ausus in aduersum vallum rectā subire; & mi-  
litem in mari fluctuantem destinatis hostium ia-  
culis ac tormentis objicere; paulo supra urbē per-  
incommodo loco descendit: cū exspatiantibus  
latè vndis, alibi femore, alibi genu tenus aqua per-  
tingeret. expositis tandem sine vllō certamine ar-  
matis; Correa, vt nusquam nisi in virtute spes es-  
set, Tristanum Castrum, nauali turbæ præpositū,  
scaphas procul ab terra iubet abducere. Nihil in-  
de temporis acie instruenda consumptum. quippe  
Lusitani vel à præferuido ingenio impatientes mo-  
ra, vel è nauibus fermè viritim depugnare assue-  
ti; si quando terrestri Marte certandum est, in ijs  
vtrique regionibus, ad signa atque ad ordines æger-  
rimè continentur; sed vagantibus manipulis, pa-  
lati, ac dispersi qua tulit impetus, in prælium ru-  
unt: & cum denis interdum singulos concurrisse,  
egregiam laudem ac decus existimant. quæ auda-  
cia, vt aduersus tumultuarium & concursantem  
valet hostem, cuiusmodi Numidæ, & Arabes, In-  
diq̄ue censentur; ita, vbi cum ordinatis equitum

Y 5, tur-

turmis, ac pedite veterano res est, circum  
 plerunque, vel in medium acceptis, pernicio  
 tremam afferre consuevit. Igitur ab Iustiano  
 quoque de veteri consuetudine immutatun  
 hil. Arius erat Antonij Correx frater, etate  
 & celebritatis ac nominis præter modum  
 tens hic prior in hostem cum nobilibus ten  
 prim Antonius cum reliqua manu sublequa  
 tantus fuit ardor, vt barbaros cum caede  
 vulneribusque intra munimenta compulsi  
 in, eodem impetu illati, longè summonerent  
 pæne iam concessum ab ijs de victoria videt  
 cum effuso repente omni equitatu, Mocrina  
 tum successu hostem represit; & sensim cedens  
 vallo, & munitionibus pepulit. Ibi, patens  
 po, affluente rursus ex oppido multitudine  
 erudit pugna. cuius, non ex numero tantis  
 etiam ex ipso genere armorum, prorsus  
 qua conditio: cum Arabes è superiore loco  
 gis triginta dodrantium hastis aduersa  
 ora crebris ictibus foderent, priusquam i  
 lo gladio ve succedere ad vulnus inferend  
 sent. ac nihilò secius obnixa animis Lusitan  
 re; ballistisq; præsertim ac fistulis equitè  
 daciis inferentem arcere. in eo tumultu di  
 temere in hostium cateruas inuehitur; dur  
 mùm ictus sagittis, dein aliquot acceptis  
 bus concidit. eius cladis nuntij mœrore pler  
 ad Antonium aduolassèt; Vos verò pergere  
 ille, vt capistis: nam frater quidem meus, præ  
 rē vitam in suo munere posuit. His dictis  
 rursus ad prælium animis: sed lassitudo & vuln  
 degrauabant. Medium fermè erat diei. & æqu  
 illimo desuper Sole, arenaque infra

cum intoleranda siti mistus cruore manabat ex artubus sudor. Quæ cum defatigatio simul hostem cepisset; quasi tacitis inducijs, paululum vtrinque fuit quietis & spatij ad faucios è prælio subtrahendos. Inde, renouato impetu Lusitani priores in pugnam redeunt; ac sublato pariter clamore, Sanctum Iacobum appellant. Audiit Apostolus voces, ac suis de more propitius, repentinum hosti metum ac trepidationem incussit. Mocrinus, inter prima signa, duobus iam equis insidenti suffossis; dum tertio arrepto restituere pugnam conatur; acerrimè dimicanti femur plumbea glande traiecitur. ex eo demum ictu, cum sanguinis copiam funderet, fracta viri ferocia est: & elatus ex acie, præcipuis ex amicorum numero prosequentibus, cum sese desperatis rebus in latebras abdidisset, intra tertium diem emoritur. Barbari, vt seminecem Regem prælio excessisse vulgatum est; armis passim proiectis momentò diffugiunt. ac tum denique Xarafus, deducto in campos exercitu, ad Lusitanos, victoriam gratulaturus, ac tarditatem purgaturus, accessit. Correa, tamen perfidiam præclare fenserat; tamen, ne res, alieno tempore, in iurgia; dein, vt fit, in certamen excederet; in præsentia, dolori & iracundiæ moderatus; fugienti saltem perduelli Xarafum instare, & parta iubet vti victoria. Mox ipse quoque, relictis parumper ex lassitudine & calore militibus, aderat. Cum nusquam apparerent hostes, ad prædam victores illicò versi; quæ non contemnenda ex ædibus præsertim regijs exstitit. Simul etiam, centum & quadraginta nauigijs ignes iniecti: & Xaraso ad custodiam vrbis relicto, Correa se ad curandos maximè ægros ac faucios, quorum magnus erat

erat numerus; in classem recepit. At Mocrini  
dauer, dum ex insula in Arabiam sepultura  
traijcitur; ab Sadradino Xarafi propinquo  
ptum, summo cum gaudio in vrbe asportatum  
abscissa ab trunco ceraices; & coriū ē caluani  
quā artificiosē detractum, Arabes gossipa  
ferciunt, id certum victoriæ signum, Toro  
munere, & cum ingenti gratulatione, in medi  
muziæ foro conditum est, addito titulo, qui  
bica & Lusitanica lingua rei gestæ seriem  
neret. Ab ea clade, cognatus Mocrini Hamer  
Eus vti omnis generis mercenarij, reliquit  
equisque, in continentem sine fraude trans  
rentur; quod reliquum erat insulæ, cum Car  
pido, in potestatem Regis Lusitiæ tradidit  
cenarij cum fide transmissi. & propozita ven  
suas domos incolæ reuocati: iurique inter  
cundo præpositus notæ probitatis senex, no  
Bucatus, natione Arabs; quæ res ad pacand  
tis animos haud mediocriter valuit: siqui  
fas præfectos, populi Arabes ægerrimē pati  
Insula dein à Lusitanis Regi Armuziæ restituta  
ab ipso mox Rege tradita est Bardadino cui  
rafi propinquo; cum eo, vt serafinum quadrag  
millia quotānis tributi nomine penderet. Ad  
rea, insigni parta victoria, & compositis ad  
renum rebus, Armuziam reuertit. Aduentum  
æquum erat, magni cum à Toro, & omnibus  
nibus; tum à Sequeria Prætoze habiti honore  
de Rhotericus Botus, cū Antonio Abulao  
& Lusitanis præterea septem, Baharenum per  
& ibi Emmanuelis negotia procurare iussi. Se  
queria, cum Torum externo malo ac metu leuiss  
intestinis præterea suorum fraudibus eriperet  
grat

gressus est; quod certis auctoribus iam ante audisset, regia vectigalia & rationes, à ministris & Questoribus interuerti. Ergo, præter Mahometana mæcipia, Lusitanos quoq; iudices, & scripturæ magistrōs, magno Arabū dolore, in portu cōstituit. dein, cōfirmato Regis animo, & arcis præsidio inspecto, classē ab Armuzia soluit, ac Diū rectā petenti, Beianus cum tristi occurrit nuntio; Rhotericum Fernādum à Mamudio irritum rediisse: & Sacam, haud dubiè patris imperio, infida cum Lusitanis amicitia tandem abrupta, magno lemborū ac biremium numero in suas naues fecisse impetum: circumuento & oppresso pæne sibi vix ad fugam exitum patuisse: bellum atrox ab Iazio alijsq; piratis instare. Hisce rebus cognitis Prætor; amissis nuper bene gerendæ rei occasionibus nequicquā ingemuit, suam ipsius leuitatem accusans, quod omnibus rebus ad dimicandum instructus, semet ab imparato Iazio blandimentis in fringi, rursus mercatorum consilijs auferri se passus fuisset. Cū simul ira pudorq; versarent animum; in præsentia ab Dio tenendo copijs aded̄ imminutis abstinuit: vltra Diū est locus millia passuum circiter quinque & viginti, sat capaci portu, & ad mercaturam exercendam idoneo: Madrafabam appellant. ibi Sequeria, Diensibus inuit is repente castellum excitare decreuerat. Sed Iazius, de nuper captis Lusitanis cognito maturè consilio eam ipsam regionem firmis præsidijs occupat. Igitur, ea quoque spe deiectus Prætor, Ciaulum inde se contulit; & ab Nizamaluco tyranno potestatem petijt arcis ibidem exstruendæ. In societate cum Lusitanis dudum erat Nizamalucus, vt supra docuimus, actum fortè aduersus Idalcanem gerens bellum,  
equis



equis præcipuè militaribus indigebat, quos  
 India fert, & ab Armuzia capta venales ad  
 Goanum emporium Albuquerquei decreto  
 bantur. Quocirca Nizamalucus, de potestate  
 ædificandæ à Prætorè appellatus, ea in primis  
 annuit; vt trecentos quotannis equos è  
 vel Arabia, Ciaulum importari liceret; æque  
 inſitoribus, quantum in Goano portu, quibus  
 nos in capita pardaos (nummus aureus est, æ  
 rium circiter octo æſtimatione) Luſitani  
 ratores exigerent. Conſcriptis conditionibus  
 poſiti à Sequeria in terram fabri: atq; ad ipſam  
 minis fauces dimenſo ædificio, conſeſtim  
 ri ceptum. Ea re vulgata, lazij quidam præſe  
 Dio celeriter quinquaginta biremes ad op  
 pediendum adduxit. cum ea claſſe ab Luſita  
 rio euentu cerratum. ac nihilominus inter  
 noctesque continuato labore, ad iuſtam  
 nem, muri & propugnacula excreuerant. Ad  
 ruenda, pellendosque Luſitanos, cum long  
 re apparatu opus eſſet, Mahometana claſſis  
 riculofa ſtatione multis acceptis incommodis  
 dem irritò conatu diſceſſit. Et Sequeria ad  
 diam loci præſidio terra marique relicto,  
 num reuectus, Eduardo Meneſio ſucceſſor  
 uinciam tradidit: vna re maximè memoranda  
 quod ab inſita pietate primus in vrbe God  
 Francisco templum; & coniunctas templo  
 nobiumque, ſodalibus Franciſcanis extruxit.  
 Eduardus inito magiſtratu, quod contra  
 cas claſſes leuioribus nauigijs opus eſſe in  
 ret; biremes duodecim ædificari iubet. cum  
 oram arcemque Ciaulanam Simon Andrad  
 tinendam profectus, in itinere audit, duas Turca

rum triremes ab Dio Dabulum delatas (Mahometanum id emporium est dextra Ciaulum à Goapotentibus) intra eius portus fauces metu nostrarum nauium delitescere, haudquaquam negligenda res visa. Confestim ad vim ac pugnam paratus, Dabulum accessit. oppidanisque primò tergiuersantibus, dein terrore commotis, non modò triremem extorsit vtrunque; sed annum insuper vectigal imposuit. ijsdem ferè diebus, graues & periculosi ad Armuziam motus fuere, initio à scribis & Quæstoribus orto; qui Lusitanos custodes ac præfides ad scripturam appositos, instar mortis ducebant. Xarafus eo tempore plurimum Armuziæ poterat. Hoc maximè patrono ac fautore, Mahometani qua veris qua falsis criminibus Torum in Lusitanos accendere; superbum & immodicum peregrinæ gentis, & cuncta paulatim in se trahentis, imperium conqueri; furto surreptos ingenuos ingenuasque, & per vim ad Christiana sacra compulso; & super omnia, destinatos ab Toro legatos ad Emmanuelem, fraude Præfecti retetos, indignari. Hæc, & alia id genus identidem deplorando, Regem ingenio mobili adolescentem, ac libertatis avidum, adduxere tandem, vt acerbissimæ seruitutis iugum excutere; & regnum Armuzianum in pristinam dignitatem omni ratione vindicare decerneret. Iam tum in exitu erat autumnus anni seculi huiusce vigesimi primi: & commodū Sequeria Prætor omnem fere classem ab Armuzia abduxerat, Emmanuele Sosa cum paucis admodum nauibus ad oram tutandam relicto. Ergo, secretis inter se colloquijs habitis Persæ, ficto primū rumore disseminant, Arabicā oram, quæ dittonis Armuzianæ sit, à Balochijs prædonibus è Perside maritima

tima

tima deuastari. hoc mendacio consequi  
 vel in primis optabant, vt Sola, ad eos per  
 gandos, ab vrbe discederet; certam & inter  
 ceteris oppidorum magistratibus noctem  
 tē condicunt, qua ad Lusitanos vbique dele  
 no temporis momento consurgant. Vbi ca  
 uenit, regiae classi praepositus, quem Xeb  
 vocant, cum terradis octo, duas in portu  
 Lusitanorum naues, triremem ac dromonem  
 mine silenti circumuenit, ac trireme quide  
 stodibus p̄ne vacua extemplō potitur. Ma  
 mas illicō tabulatis, arida palmarum frons  
 sperfis inijcit; qui tamen ignis, paulo post  
 tante puero extinctus est. dromonem ven  
 iusto nauarum numero tenebatur, ne aggre  
 dem est ausus. Caterū, vt ex triremi  
 emicuit (id conuenerat signum) confestim  
 bus, dein ex omni vrbs parte, cum ingenti  
 pitu, cuiusmodi Saturnalibus à plebe cie  
 ad arma, necemque Lusitanorum conclama  
 tum. multi ex ijs, ad maiorem laxitatem ac  
 liberio rem negotiandi facultatem, extra  
 arcis, domicilia comparauerant. ergo, in  
 pitos, vndique impetus ab hoste factus, qu  
 dam etiam circumdari ignes: & simul exitu  
 rum stationibus occupati. exinde cum cla  
 discursus, & nocturna trepidatio, nec autē  
 providere quicquam sinerent; Lusitani par  
 tra domos oppressi, partim cursu protinus  
 petentes, aut flammis hausti, aut infidijs  
 excepti sunt. nonnullae tamen familiae cog  
 ta, cum per media tela ferro sibi viam fecer  
 tra arcis portas cum tristi nuntio penetrar  
 ri audacia eodemque tempore, ne muru

ulla esset facultas, ad Curiatum, Soarem, Baharenum, quotquot agebant Lusitani, vel trucidati, vel in vincla coniecti. vnius etiam fuit memorabilis exitus, Rhoterici Boti: varijs quippe tormētis discruciat, vt ab auita religione deficeret; constanti ad extremum vsque spiritum animo, Christum vnum Deum Dominumq; conteltans, gloriosi martyrij palmam adeptus est. Desiderati in eo tumultu, præter seruos lernasque, Lusitani centum & viginti; numerus in tanta præsidij tenuitate non modicus: & apothecæ omnes ac diuersoria momentò direpta. Hisce noctu fermè patratis, vt primùm illuxit, emissi raptim ex arce qui residuos è cæde cõquirerent; nauesque frustra tentatas, intra iactum teli reducerent: simul etiam, oneraria Lusitana, cùm iam esset in cursu referta catiscis, peropportunè re- tenta; & onera in cibum, & solutis de industria cõpagibus, asseres trabesque in munimenta suffecit. aliquot etiam hostilibus nauigijs in ipso portu ignes iniecti. hæc omnia ingenti cum ardore, nec sine sanguine multo peracta: & prius quàm arx ab hoste cingeretur, Ioannes Meria dromonem expedire, & Goam petere iussus ad opem à nouo Prætorè implorandam. At Sosa, per Mascati Præfectum (qui vnus Tori mandata aspernatus, in fide manserat) de hostium fraude certior factus, ad Armuziam extemplò iter intendit. Verùm ab eius cursu fœda tempestate diuulsus Tristanus Vasæus Vega prior ad vrbe[m] decurrit, ac noctu per medias hostium stationes, deceptis ipsa audacia classarijs, cùm quempiam è suorum numero putarent esse; felici conatu ad arcem ipsam applicuit. Solennia Dei natalitia tum fortè agebantur: & sacrificio nocturno dabant operam Lusitani, eo at-

Z

ten-

tentiore obsecratione, quò vehementius  
 communi salute solliciti, itaque inter ipsos  
 Tristanus Vega repente superueniens, cunctis  
 genti spe lætitiæque perfudit, quòd vel et  
 raculo, sua vota salutemque Deo cordi  
 dubiè cernerent. Sofæ dein expectatione  
 sis, & è specula identidem, vt fit, omnes cur  
 nes oculorum acie collustrantibus, tertio  
 D. Iohanni Apostolo est sacer; duas procul  
 leucas, anchoris in salo iactis apparuit, R  
 onerariâ ex ijs quos galeones vocant, & v  
 taxat biremem ducebat, easque propugn  
 bus valde infrequentes; cò pluribus, commu  
 scelere, ad Calaiatum nuper amissis, capta  
 cuius maximè inopia laborabatur, & v  
 rus, petitam è proximo, vim attulerat. E  
 ignarus Vega, suadere Prefecto arcis Gar  
 nio institit vehementer, vt Sofæ, priusquam  
 meretur, opem ex arce sine mora subm  
 erat periculi plena in tam exiguo bellato  
 ro, & Armuzianis in proxima statione ad  
 modi casus intentis. Attamen, id sibi pe  
 is ipse qui suaserat Vega magno animo  
 cit: neque fortius obtulit, quam præstitit  
 Spectato milite crebrisque tormentis in  
 impositis egregiè velocè; præter hostium  
 ipius ora oculosque incitato remigio  
 tetendit, interea, qui remanserant, supplic  
 Jum manus pro felici euentu cum precibus  
 re, hostes audaciæ magnitudine attoniti,  
 modum hæere. Regis dein imperio, rem  
 etoginta raptim insequuti, cum aliquand  
 go allatrassent; duce & triginta viris am  
 eijs alijs, malè mulctati redière. Vega, e

discrimine elapsus, ingenti suorum gaudio se ad  
Sofam adiunxit. Ad id spectaculum percitus ira &  
furore Torus, domo se proripit; pauoremque &  
& mollitiem territis ac moerentibus exprobrans,  
reuertere cunctos in praelium iubet. atque ut pro me-  
ritis quisque sibi aut praemium, aut ignominiam pa-  
ratam esse non dubitarent; mensas in littore collo-  
cat duas: quarum in altera fulgentes conspicieban-  
tur aurei nummi; in altera muliebres mitellae, ac  
delicata velamina, quo nota genere apud eas gen-  
tes acerbius nullum esse consuevit. Equum dein  
confendit properare, fusteque arrepto, promiscua-  
m insuper multitudinem cogit in naues: postre-  
mo cum stipatoribus in editum subit collem, unde  
singulorum virtutis aut ignaviae testis, conspi-  
cere simul & conspici posset. Ac Lusitani pariter  
custodes, & pinnis fenestrisque prospectant, commi-  
sitonum vicem anxij, quippe quorum in virtute  
dextrisque, non modo imperium, sed vita omnium ver-  
teretur. Aucta classe nouis copijs, terrae omnino  
centum & triginta infestis in Sofam rostris citato  
cursum feruntur. Sofae, in summa rerum iniquitate,  
illud etiam accedebat incommodi: quod omnis  
rum forte ceciderat ventus: vnicum onerarijs na-  
uibus, quaeque velis dumtaxat aguntur, aduersum  
frequentes actuarias agilesque, remedium. De-  
prehensus, cum nulla nisi in caelesti auxilio, & vl-  
tima necessitate esset spes; Deum enixè precatus, v-  
ti extremis in rebus, quemadmodum antea saepe,  
sui numinis praesentiam ostenderet; sociisque ad ho-  
nestum & Christianis dignum exitum paucis ad-  
hortatus; exiguas copias magno animo ad pugnam  
instruxit. Ac primum, ne impune circumiri ab hosti-  
um multitudine posset; neu quis casus, inter pug-

nandum, suos ab se diuelleret; paronem  
mem, epibatis ac libratoribus ad idonea  
positis, demissisque armamentis, ad onerariam  
reuinxit; vt cum ad opem, vbi res postularetur,  
dam, facilis ex alia in aliam nauim transiret  
tur; tum, ad arcendos vndique hostes, libe-  
rnem partem esset eiaculatio. dein ad auer-  
quid afflaret, excipiendam, antennas tanta  
raritæ sustulit; quod eæ, propter celsitudinem,  
hil ad expeditum certamen obessent. Vbi  
uentum est; missilium nubes atro mista  
tam caliginem exciuit, vti mutuum hostium  
spectum prorsus adimeret. Certius tamen  
ni è superiore loco figebant, cum in adu-  
nauigia vanum prope nullum incideret  
Ausu dein Mahometani aliquot, ostentans  
titudinis, & Regis demerendi gratia, ex-  
quo certare; adhortati inter se, magno  
Lusitanam biremem è terrada transilium  
succesfu elati, cum onerariam porrò leuiter  
terentur, concursu ad periculum facto, par-  
tis ac ferro detrusi; partim etiam ab inca-  
chijs interempti: quæ res cæteros ab euolu-  
meritate deterruit. Inter hæc, tum ipse  
accedens, tum etiam lenis ex alto flatus ve-  
que percutiēs, onerariam per medios Arma-  
rum ordines paulatim ad arcem admouit  
maioribus tormētis ex destinato summo  
ac demum octoginta desideratis, vulnera-  
mis, cum ingenti luctu ac dedecore se in  
vnde prodierant, recepere. è Lusitanis, tro-  
cij, occisus puer vnus duntaxat è nauali tur-  
culorū verò tanta vis intra onerariā & at-  
alligatas apparuit; nauiumque fragmenta

ta multa; vt complures dies materiã igni præbue-  
rent. Sosa & Vega, cæteriq; victores, insigni parta  
gloria, gratulantibus ouantibusque cum effusa læti-  
tia socijs, in arcem accepti. Ea re maiorem in mo-  
tum exterritus Torus, concessit Lusitanis mari, ar-  
cem à terra oppugnare constituit. Tormentis librã  
is, regia & valetudinariã Lusitanorum ædes ele-  
git, inde cõtinuis aliquot diebus arcis mœnia qua-  
rebantur, inclusi, nouas ita pro dirutis obijciebãt  
moles, vt spei multo plus in virtute, quã in mu-  
ro fossifue reponerent. Ergo, post editam locis ali-  
quos stragem ausos ad mœnia succedere Mahome-  
anos, & scalis appositis in summũ eniti; cum alio  
armorũ genere, tum superne vibratis ponderibus  
et trabibus vndiq; deiecere. Multi in eo congregati,  
& fortissimus quisque, exanimati. Neque ad ite-  
randam vltra oppugnationem Toro affuit animus.  
Et, circumagente se hyeme, ictus conscientia ad-  
missi facinoris, & Lusitanã classis aduentum exti-  
mescens; consilium formidine ac desperatione ple-  
nissimum cepit. Queixome insula distat leucas  
tres ab Armuzia. eò, cum vniuersa ciuitate, conge-  
ntis raptim in terradas ijs quæ tolli poterant, in-  
genti populariũ dolore migrans: tectis vrbis, quo-  
rum erant complura egregio opere & picturis or-  
nata, vltra subdidit faces: hinc, toto quatrinduo per-  
uagatum incendium, cuncta propemodum hau-  
sit. Lusitani, rei nouitate defixi, primò ignium con-  
tagia, dein hostium insidias timere. postremò,  
vt flammæ quieuerant; satis comperta vrbis soli-  
tudine, ad reliquias fumantis Armuziã diripien-  
das egressi, paucis tantum exceptis comitatibus,  
omnia fermè in cineres & fãuillam redacta cõpe-  
runt. Inter hæc, Eduardus Prætor, de suorũ cæde,



& arcis periculo certior factus; Ludouicum Armuzianum cum nauibus decem & firmo praesidio, Armuzianis, & proficisci iusserat. Eius rei timore perterriti opiferae, ne vulgata postmodum consilia rebellium in suum reciderent caput; incautum & obnoxium sibi Regem, opibus ipse & auctoritate praeparatum per satellites ad scelus omne paratos, e modo substituit; eiusque loco substituit e Zeifadim Mamudium, tredecim circiter annos natum, Ludouicus, retro spectaculo Armuziae incensum motus; & cognitis ijs, quae nouo Xarasi & Queixomen accidissent; fluctuauit animo, & com meatibus interceptis (quod erat periculum) deprehensos intra desertam insulam holoniam rerum inopia & fame subigeret, de qua quae ab exploratoribus deferebantur, non facta veritus, ne si afflictos urgere acriter in malis coactus Xarafus cum regia gaza, Regem secederet in Persidis interiora; leniter agere ostentanda veniae spe, rebelles ad pacem & fiduciam allicere statuit. Neque difficile habuit, ut tum res, quippe, Lusitanis, emporij, quae Armuzianis, patrij soli desiderio laborantibus, ergo in has ferme conuenit leges: uti Mamuzianis cum suis Armuziam inhabitandi causa, & stipendia ad eam diem stipendia; & ex ea die viginti annos vicena ferasinum millia annuatim persolueret. Ciues, ablatas inter tumultum Lusitano res, captiuosque omnes cum fide restituit. Lusitani autem, neque iuri inter oppidanum, neque administrandis vectigalibus, ex quoque portorijs, vlla ex parte sese immiscerent, & que amicitiam & societatem recte & ex animo haberent. Per hunc modum compositis rebus,

Armuziani in patriam rediere; instauratisque ædifi-  
catis, & restituto commercio, propter eximiam lo-  
cality, & opportunitatem, Armuzia breui in veterem ce-  
lebritatem est restituta. Dum hæc ad Persicum ge-  
nerantur sinum, in Africo item Oceano rei & ex-  
ultimationi Lusitanæ præclare cõsultum est. Regu-  
li duo, Zenzibaris, & Pembræ, aliarumq; circa insu-  
larum, vestigal annuû pacti, sese in Emmanuelis  
amicitiam fidemq; iam ante contulerant. Id ægrè  
passus Mombazæ tyrannus, magnum earum insu-  
larum numerum, & in ijs prænobilem vnam, Que-  
rimbam nomine, ab regulatorum imperio varijs ar-  
tibus ac promissis auertit. reguli, cû à tot simul po-  
pulis destituti, vestigali soluendo non essent; à Lu-  
sitanis ducibus, qui ab Mosambicum aduersa tem-  
pestate hyemem exigere coacti erant; per nuntios  
opem rebus afflictis implorât. Digna Lusitanis in-  
stituta & consuetudine visa res est. Et Petrus Ca-  
strius, ne otiosa hyberna traduceret, paucis nauib-  
us ad Querimbã appulsis; bellatores non amplius  
centum in terrâ exposuit. oppidû erat littore per-  
amæno; & cû diuitijs celebre, tum etiam inco-  
lis, & inuecto nuper à Mombaza præsidio fre-  
quens. Castris multitudinem haudquaquam exter-  
ritus, bifariam suos diuisit. Cum vna parte Chri-  
stophorum Sosam occultè circumire; seque ab tergo  
ostendere iubet; ac simul ipse cum cætera ma-  
nu à fronte hostem aggreditur. Certaminis aliquã  
tum ac periculi fuit; dum eminus barbari iaculis  
de more pugnant. vbi cominus geri cæpta res est;  
micantes Lusitanorû gladios, & præpilata hasti-  
lia non tulere. Ac paucis nequicquam resistētibus,  
cû proximum quemque hostis cæderet; omnes,  
qua pauor tulit, per stragem corporum in agros  
effusi.

effusi. Lusitanus, haud contēnendis egestis oppo-  
oppido flammās iniecit. Eius rei fama rebellis  
git animos. & confestim legati dedentium  
las, & in regulorum ditionem redeuntium, a  
re. Castris, minimè vulgari (si paucitatem  
spectes) relata victoria; & regulis nouo bene-  
obstrictis; ineunte iam estate Indiam petere  
dit. Interea Antonius Britus, vti narrare in  
ram, ab Georgio Albuquerque digressus, ad Ma-  
cas longa ac difficili nauigatione peruenerat.  
cianum inter ceteras illius regionis insulas  
tum Laudino dynaste parebat. Ibi, quod è Simo-  
Correa iunco, Lusitani aliquot paulo ante  
causam interempti fuissent; eam fraudem  
que protinus vlcisci placuit: & exposito  
Britus, insula agros ferro ignique vastauit.  
git prædas; ac documento non leui sanxit, per  
Lusitanos homines, vel tēpestate, vel quoum  
casu in ea loca delatos, quāuis paucos & in  
opportunos ad cædem & iniuriam duceret.  
Tidorē progressus; ab incolis comperit, Bo-  
Ternatis Regem, Almanforis filia in matrimon-  
ducta, ac deinde Franciscū Serranū, è vita  
se. Boleifis maxime accitu Britus ab Cocino  
& edificandi instrumentum aduexerat; cum  
non Boleifis modò, sed Almanfor etiam, in  
terq; ditione, Lusitanis, quo potissimum velle  
co, arcis extruendæ optionē deferret: & am-  
caci ambo, dū peregrina cōmercia, & noua  
sectantur; certatim in multas indignitates, &  
sum pane seruitium ruerēt. Verumtamen in  
se præcipua quædā nominis Lusitani caritas  
nebat. Is, vti supra docuimus, & Lusitanis, cum  
mum in eas regiones delati sunt, hospicio im-

standis, Almanforem præuenterat, & Franciscum  
dein Serranum, aliosque diu apud se detentos, mi-  
ra comitate officioque tractarat: & cum se suaque  
omnia Emmanueli per litteras amicissimè detu-  
lisset: tum etiam nuper ab India Prætorè classem  
& structores castello apud se Lusitanis ædificando  
per legatos admodum enixè petierat. Deniq; mor-  
bo confectus, cum hæredem regni tenera etiam-  
num ætate relinqueret filium, nomine Boahatem;  
uxori, tutoribusque, & cognatis præcepit moriès,  
vt Lusitanam societatem summo studio retineret;  
neque alias quærerent amicitias; sed in vnus Em-  
manuelis fide opibusque sat firmum sibi fortunif-  
que suis præsidium constitutum arbitrarentur. Hæc  
præcepta, defuncto iam Rege, infixæ in reginæ &  
propinquorum animis, ad continendam aliquot  
annos in fide gentem, haud mediocriter valuere.  
Ac proinde vbi nouam diuque expectatam ex In-  
dia classem, Britto duce, Tidorem aduenisse cogni-  
tum est; Aroezius illicò, Regis tutor, cum nauibus  
festoque apparatu, ad eum sociosq; in hospitium  
deducendos accurrit. Nec leuem interea volunta-  
tem Almanfor detinendi apud se Lusitani, & reno-  
uandæ societatis ostendit. Verùm Brittus insulam  
vtramque per otium contemplatus; Ternatem Ti-  
dori ad ædificationem, & domicilium antetulit;  
non modò loci natura adductus; quod aliquantò  
commodiorem Ternates habeat portû; sed etiam  
haud obscure insensus Almanfori; quod post iun-  
ctas cum Serrano dextras; nouis Baticorum sese  
fœderibus illigasset. Ergo Ternatem ab Aroezio  
perductus in hospitium Brittus, ingenti reginæ,  
regulique, & oppidanorum gaudio excipitur. de-  
in locus ad ædificium, contiguus vrbi delectus;

materiaque & cæmentis eò conuectis; Britanni  
 rię causa, caput perinde ac cęteri, fertis ac floribus  
 redimitus, primus omniũ & rastello fodit hunc  
 & lapidem in fundamenta coniecit viij. Kal. Quin-  
 tileis, anno seculi huius altero & vicefimo: quod  
 es eò etiam maiore cũ iucunditate transactum  
 quod in eũ ipsum diem D. Ioannis Baptiste  
 nia inciderent: cuius felicẽ lexumq; humano ge-  
 ri exortum, e cęlestis oraculi promisso, totus  
 orbis terrarũ exquisitis ludis, & anniuersaria  
 tulatione concelebrat. In hũc ferẽ modum, per  
 tua (vti rebantur) ac propria Lusitano cũ ijs ge-  
 bus cõmercia constituta. Eadẽ tempestate fun-  
 in Indiam nũtius allatus de Emmanũelis Regi  
 bitu. Circa finem prioris anni decesserat, dum  
 quinquaginta natus annos; cũ sex & viginti  
 nasset. Huic, vt maiestas ipsius ac merita po-  
 bant, plurimis Europę, Africęque, atq; Asia  
 cũ sumptuoso apparatu iusta funebria perlo-  
 Neq; Christiani modò Reges luxere defuncti-  
 rũ etia ethnici, Cocinensis, Cananorius, Ar-  
 anus; ijdẽque, posito luctu, postmodũ Ioannem  
 cessori per nuntios, litterasq; obsequium & re-  
 ram officij causa detulere. Ioannes, anno  
 vigesimo acceptis regni gubernaculis; ad pro-  
 tiandũ cęleste numen, ac populos in officio  
 nendos, illud curabat in primis, vt studiũ Chri-  
 anę religionis antiquissimũ sibi esse cuncti per-  
 cerent. Idcirco, & in Lusitania salutariter in-  
 nere multa decreuit; & per litteras Eduardo  
 Prętori madauit; cultui diuino, & sacerdotum  
 modis enixe prospiceret; ac nominatim, diuini  
 postoli Thomę sepulcrũ in Coromãdelio  
 peruestigandũ curaret; daretq; operam, vt i-  
 lica

sanctæ illæ reliquæ (quanquã easdem, vti supra dictum est, vel earum certè partè Mesopotamia sibi vindicat) eũ dignitate custodirètur. Eduardus Emmanueli Fria, preposito Coromandelicæ oræ, cum sacerdotibus aliquot, & architecto id negotiũ dat. Profecti Meliaporem (nam ibi situm Apostoli corpus audierant) æquatã solo ingentis amplitudinis urbè offendunt. Paucæ tantũ pyramides, turrellæ, & colũnæ, miserabili è strage supererant, nec non varij coloris lapides, ac veluti porphyretica per egregiè sculpra fragmenta, quæ antiquũ urbis ornatum & elegantiam satis arguerent. In ijs visibantur operosa magnifici cuiusdam templi vestigia, vno tantũ superstitè ad orientalem plagam lacello, crebris intus forisque lapideis Crucibus è vetere disciplina consperso. Sub eo tecto latere Apostoli ossa cum accola pro certo affirmarent; primũ omnium sarcire ipsũ ædificiũ placuit; quod tessudinis pondere pressi parietes, aliquot locis vitium fecissent. Ad eos ergo fulciendos, ac renouanda fundamenta, conductis è vicino operis, dum effoditur humus; ad quintum fermè do-drantem apparuit locus lapidea tabula tectus: in quã ab interiore parte incisæ prisca gentis lingua (vti à peritis cognitum est) litteræ testabantur; templum id ab Sancto Dei Apostolo Thoma quondam exstructum: ei templo tuendo colendoque, mercium quæ in urbem importarentur, decimam ab Sagamo Rege attributam, accesserat obtestatio ad posteros, ne quid ex eo vectigali ac donatione imminutum vellent. paulo infra eam tabulam, ipsius Regis (vti ex priscorum traditione Indi asseuerabant) cadauer inuentum. Altius dein molientibus terram, quadratum, primò la-

mò lateritiæ, postremò lapideæ structuræ sepe  
 apparuit, multiplici operimento, pedum circiter  
 nouem altitudine. ibi quòd sepultum hand dubie  
 corpus Apostoli dicebatur esse; adhibiti ad aper-  
 uendum operculum Lusitani duo ( nam Indiarum  
 eiusmodi committere non est visum ) non nihil  
 xis per sacram confessionem expiatis, & reco-  
 liato per Eucharistiam Deo, aggredi rem auferre  
 cum aperiunt. Immista calci & arenæ, candidissi-  
 ma specie ossa, & apposita lanceæ cuspis, & viti-  
 rij baculi frustum, itemque vas fictile, fidem in-  
 tri demum sacri thesauri Lusitanis fecere. Subter  
 repertum aliud cuiusdam è Thomæ discipulis  
 dauer; caterùm tetro ac terreo aspectu, quem  
 modum & Sagami Regis. vt, si alia argumenta  
 fuissent; ex ipso propemodum colore dignoscere  
 postoli ossa potuerint. Eò maior gratulatio  
 Christianorum: & affabrefactas, arte Sinarum, op-  
 culas duas, è proximo emporio Paleacate com-  
 stum afferri placuit: quarum in altera eximij  
 ris argento cæolata, ipsius Apostoli; in altera, dis-  
 pulorum eius reliquiæ inclusa: & commune  
 dium solenni supplicatione pompaque, & pri-  
 tis omnium qui aderant studijs celebratū est. Pro-  
 positis deinde in ipso altari arculis, adhibito  
 custode; claues vtriusque Emmanuel Frias Con-  
 num Prætori Menesio detulit. Hoc maximè mo-  
 per eos dies, & sacello, & religioni consultum  
 ennio deinde post, eadem ossa intra ipsam a-  
 occulto loco, duobus tantum conscijs Lusitanis  
 addita, ac postremò Goam, Constantino Brigida  
 Pro rege (qui Diui Thomæ templum in ea vrbe  
 struebat) à fratre quodam Franciscano translata  
 se comperio. Circa idem tempus, quo nuntius  
 Em

Emmanuelis Regis obitu in Indiam allati sunt Idalcan otium à Narsingano bello nactus; recuperando Concano littori animum adiecit: quod ei Rhotericus Mellus, per occasionem, paucis ante annis ademerat. Exiguis admodum copijs ea loca tū Lusitani tenebant, cæteris vel ad Persicum & Arabicum sinum; vel ad Molucas obtinendas paulo ante profectis. Eius rei non ignarus Idalcan, missō præfecto cum quadringentis equitibus, & quinq; millibus peditum; Lusitanos custodes, haud tamē sine cruore ac certamine, pepulit: portusque & agros optimæ fertilitatis recepit. Et in Somatra insula, tyrannus Acenorum Abrahamus, ab cede Georgij Britti & comitum ferocior factus, oræ totius maritimæ iam haud dubiè affectabat imperium: nec ferro solum, sed etiam (quo nullū acrius telum est) auro muneribusque pugnabat. Ad hæc, mistæ blanditijs accedebant minæ, & vbi commodum esset, fraudes ac doli. Nullus amicitiaæ fœderumve respectus: nulla affinium caritas: nulla fidei vel iurifurandi religio. Exacta iam ætate patrem, à nefarijs moribus & consilijs abhorrentem, oneratum catenis in caueam incluserat: ibidemq; veluti nouū & inusitatum animal, illuuiæ & squalore confecerat. Pedirensē Regem, opibus & auctoritate præcellentem, cui & cognationis vinculo, & iure beneficiario erat obstrictus, pellectis ad se popularib; exegerat regno. Simili scelere Daianum dynastam, cuius sororem habebat in matrimonio, per summum scelus, omnibus fortunis euerterat. Inde magna eius oræ parte in potestatem redacta, infestis signis ad Pacenum urbem, quò pulsi confugerant Reges, pergīt ducere. Peditum millia quindecim habebat in armis, & complures elephan-



phantos. ij pro equestribus copijs genti sunt: equos non alit insula. Cū hoc exercitu castris millia passuum ab vrbe positis, primū omnino tentandos oppidanorum animos, per præcedentem edixit: qui ciuis Pacenus intra sextum diem transisset; huic nihil, ipsi, familiæq; & bonis damni illatum iri: ceteris non eandem venientem clementiam fore victis, quæ ante dimicationem teret. Hoc edicto vulgato, magna pars ciuium sicut alij clam elapsi, in saltus auios refugerunt, frequentem defensoribus urbem tertio ad Abrahamus expugnat. Restabat arx, in quam Pacenus regulus, & exules duo Pedirensis, Danique confugerant: lignea quidem illa, & metum locis præ nimio Solis ardore fatiscens: verum tamen haud leui præsidio Lusitanorū ferme tutum & quinquaginta, & maioribus minoribusque mentis instructa. Abrahamio nullæ dum eius generis machinæ suppetebant. tantum ingentē vitæ gittarū, quas letali inficiunt succo, & sarmentis faces, oblitos naphtha, ad excitandū, vbi res factum incendium, scilasque plurimas ex arundine mactore, leues gestatu, ascensu stabiles; nec non instrumenta operibus faciendis aduexerat. Ergo, ut certamine, si fieri posset, re cōficeret; Lusitanorum interpretem iusserat nuntiari: arcem eam ad Lusitanorum imperium pertinere: proinde cum bona pace redderent; secumque suas res, dum liceret, auferrent: ea cum ferocius responsum inelusi dedissent: rareretque armis rem gerendam; summa vi, quam auxilium ijs alicunde ferretur (mare ad mare liberum, vicinamque Malacam, & amicos nonnullos habebant) arcem aggredi statuerunt. que ad vitanda hostium iacula, qua maxime

parte erat inferior; cuniculos agere ad arcem cepit. nocturnum præterea tempus ac pluuium, ad oppugnationes captabat; vt neque per tenebras nostri collineare possent; & madefactus imbre sulphureus puluis planè inutilis fieret. ad hæc, arietis loco elephatos ipsos ad arcem admouebat: qui, rectorum instinctu valida impressione facta, munitiones euerterent; sublatoque interdum ingenti clamore, interdum summo silentio arcem corona circumdabat; scalisque erectis, ex omni parte simul transcendere nitebatur. & obsessi quidem, hostium opera nequaquam extimescebant, excepti obstructique ex aduerso cuniculi; nonnunquam etiam felici eruptione certatum est. Sed crebras ac repentinas oppugnationes diutius ferre vix poterant: cum Abrahamus, in magna copia militum, identidem alios aliosque summitteret; ipsi, propter paucitatem, assiduis pæne stationibus circa munimenta dispositi, dies noctesque in armis traducere cogentur. Accedebat vulgata graui cœlo vis morbi, & extremæ inopiæ metus; quod per intestina de more dissidia, dum suæ quisque intentus rei, publicam negligit; ad tolerandam obsidionem cibaria legniter ac malignè conuexerant. Præsidio præerat Henricius quidam. Hoc demum auctore, quod relatas nuper è captiua nauis pretiosas merces, in Indiam venum asportare gestiret; non expectato subsidio, fœdum consilium ineunt arcis deserendæ. cuius flagitij, post patefactam armis Indiam, Lusitani ad eam diem nihil simile admiserant. Id vt quàm occultissimè fieret, minora primùm tormenta inuolucris obiecta, ne ab hoste dignoscerentur, in naues imponunt. maiora, quod amoliendi in tanta hostium propinquitate non  
erat

erat spes, ita ad plenum inferciunt, ut, si flammam  
 conciperent, ipsa (ut fit) boli magnitudine re-  
 rentur. Sulphurei dein pulueris exiles bre-  
 nias quoque versum, ac praesertim ad ipsorum  
 ris cellam, atque ad muralia tormenta percu-  
 iussis agmen claudere magistris; & cum iam  
 nes extra arcem essent, ignes iniicere. Vix dum  
 ferant, sarcinis quisque suis dissimulanter  
 cum, exorta repente flamma cum ingenti  
 fugam hostibus prodidit. Pars ad incendium  
 tingendum audacter accurrunt (& incertum  
 de causa, nondum ad sulphureos cados, ac  
 lia tormenta peruaferat) pars ad litus effu-  
 tos auersosque Lusitanos cum caede insequi-  
 ac denique appulsa ad terram naues, percu-  
 trepidantibus, magna ex parte impedimentis  
 amissa, vix atque aegre effugium praeuere;  
 magno tumultu, ne simul hostis irrumperet,  
 festim anchoras orasque praecidunt; alij ad  
 adipiscendas, collo tenus sese in aquas im-  
 Abeuntibus cum oneraria vna, nauigijs tribus  
 ludibrium barbari tum inter fugam erepta  
 superstites ex incendio res, machinasque pro-  
 tim ostentant: plenumque cladis & ignominiae  
 me cum probris & cachinnis exhibant. Am-  
 dorem, in ipso praene portus exitu sociae clas-  
 cursus. naues triginta cum omni copia re-  
 Aruano Rege aderant; ipsumque Regem  
 itinere cum quattuor millibus peditum  
 venire nuntiabant. Eae naues, cognita praep-  
 desperatione abeuntium, retrò, vnde venerat,  
 patriam reuertere. & Lusitani Malacam del-  
 tonium insuper Miradam, & Lupum Azu-  
 cum recenti milite, & bellico instrumenta

curso ad opem ferendam paratos inueniunt. Eo magis & suum factum ipsi damnarunt, & omnium conuicti & maledicti excepti sunt. E regulis tribus, qui comites fuerant fugæ, Pacenus cum rectore matreque Malacæ remansit; reliqui duo sese in sitorum nauibus ad Aruanum Regem supplices contulere. Lusitani è Somatra iniula in perpetuum exacti. Et Abrahamus, pulso mox etiam Aruano, regnis quattuor auctus, æneisque tormentis (qui vel maximè terror gentem premebat) omnibus circa nationibus, atque ipsis adeò Lusitanis formidandus euasit. Alodinus item, elatus nouo successu rerum, & à Bintano reiectis Georgij Albuquerquei copijs, classes denuo ad vexadam Malacensem oram institit mittere; & cum Lusitanis obuiam ex vrbe progressis, aliquot secunda prælia fecit. Iam apud Sinas, in Lusitanum nomen acerbiorè etiam odio & immanitate sauitum est. Martinus Alphonsus Mellus cum sex nauibus eò contenderat, confirmandæ amicitia, & statuendi commercij causa, nondum probe gnarus, quid Thomæ Petreio legato, de quo supra diximus, accidisset. Lusitanos adesse vbi Cantonem allatum est, extemplo præfectis oræ maritimæ à magistratibus imperatum, nefarios prædones vel comprehenderent, vel ad internecionem delerent. Nihil tale metuebat eo tempore Mellus, quamquam a peritis rerum semel iterumque præmonitus. eò facilius repentino Sinarum aduentu cum suis opprimitur. & initio quidem, vt sese concordia & societatis cupidos probarent Lusitani, vel pluribus iaculis appetiti, certare superfederunt; dein, cum vndique instaret hostis, ac nullam pacis mentionem admitteret; iniquissimo lo-

co & conditione committitur pugna. Multa ut per  
 ne tormentorum ac nauium, ut in suo regno ducti  
 gè superabant Sinæ. itaque circumuentos quere  
 nas partim bombardis è tuto discerpunt, præfe  
 fessos ac sese dedentes, in potestatem ab his  
 unt. Mellus, cum aliquandiu egregiè sese detulisset, Boan  
 set, ad extremum, singulari Dei beneficio, & Tab  
 diam hostium classem malè mulctatus elatos ex  
 captos, magistratum iussu, grauitè accersitus Re  
 fultum, in carcerem conditi omnes; & præ accur  
 nibus piratisq; damnati, aut pedore ac tabe, modis  
 culis exspirârunt, aut ad supplicium producti, cetera  
 mo plebis concursu, vel sagittis confixi, vel publi  
 sta dissecti sunt, præconibus vetera gentis fidem  
 la, & recentem insuper audaciam referens regnu  
 quod in regios portus ac fines armata manu æm  
 dubitassent redire; in quibus omnium flagitium in  
 ac scelerum paulo ante vestigia reliquissent que,  
 & alia id genus, elata voce descripto subito pe  
 tabantur, ad tollendam è vulgi animis opinatis, ne  
 quam de Lusitani olim generis virtute ac potentum e  
 te conceperant. Dum hac tam repentina fuit re  
 clinatione tot simul regionibus Lusitaniæ ver  
 tur, ne ad Molucas quidem insulas orientis rat; Lu  
 rum ibi summa penes Aroezium erat. Hunc captu  
 tana amicitia opibusq; subnixum, & immo reguli  
 rentem spiritus, regina cæteri q; primores tu coa  
 concoquebant. Arx insuper, eodem in primis cellis  
 tente, non parû excreuerat: dispositaque enniu  
 tormenta, longè lateq; terrorem inferebant, dux ci  
 suisq; iugum, per causam hospitij ac societatis dia cl  
 positum, regina serò ingemiscens; clam mestr  
 nicatis cum Almanfore parente consilijs, tania  
 vnà cum liberis ac præcipuis amicorum pæno

ut per eam occasionem popularibus paulatim ab-  
 ductis, urbem desertam ac nudam Lusitano relin-  
 queret. Ea re per indices comperta, Brittus arcis  
 præfectus, adiutore Aroezio, regias ædes militi-  
 bus repente circumdat, elatumque inter manus  
 Boahatem regulum, & paruulos fratres Aialum,  
 & Tabariam, in arcem asportat. Regina, per occul-  
 tus exitus inter tumultum elapsa. Inde consterna-  
 tus Regis desiderio populus, cum frequens ad arcem  
 & præcurrisset, Aroezij auctoritate, & Britti accom-  
 modata ad tempus oratione sedatus est, cum inter  
 cætera persanctè ambo affirmarent, consilium id  
 publicæ salutis causa necessariò susceptum fuisse,  
 gentemque obligarent suam, Boahati Regi diadema  
 regnumque mansurum incolume. Tum pluribus  
 æmulum diuitiarum ac dignitatis Almanfo-  
 nem inuecti, barbaros natura cupidos belli cædis-  
 que, ad inferendum ei bellum haud magno nego-  
 cio subitò perpulere. Inde, inter vtramque gentem par-  
 tis, nec dignis relatu prælijs vario successu certa-  
 tum est, superior tamen ad extremum Ternatensis  
 fuit res. Mariacum oppidum in summo editi mon-  
 tis vertice, quod insulæ Tidoris olim caput fue-  
 rat, Lusitanorum ope ab Aroezio cum multa cæde  
 captum incensumque; & Maquienum insula, quam  
 reguli ambo æquis portionibus obtinebant, me-  
 tu coacta, in Ternatensem ditionem vniuersa con-  
 cessit. Hæc ferme Eduardo Menesio Pratore per tri-  
 ennium gesta. Successit Menesio Vascus Gamma,  
 dux cum alijs laudibus, tum aperta præsertim In-  
 dia clarus, ac memorabilis. Huic, pro trienni tri-  
 mestre imperium fuit. ornatissimas naues è Lusitania  
 sexdecim, in ijs tria millia delectæ iuuetutis  
 nobilitatis abduxerat. Ut in Cambaiana littora

ventum est (nam eam in primis regionem super  
 rare placuerat) in summa repente malacia. Succe  
 bus ventis, ab imo fluctus intumuit, inde copia  
 ter se nutare; crepitare compages; tabulata aperi  
 ti caepa. Nautæ, subito pauore icti, cum in quon  
 illatam haud dubiè classem crederent, in Arc  
 perturbatione rerum omnium, alij bolidi serua  
 tere, alij ad exhauriendam sentinam, velat codic  
 tenendum accurrere. Sapientiores alij, circum nom  
 stare fugam, atque doliola ac tabulas ad eursu  
 dum arripere. ipse imperator, initio nequa  
 experts timoris ac sollicitudinis fuit: sed mox prou  
 pto eū esse terræ motum (quem nauigantē apsum  
 que sentire non dubium est) ad socios hinc ter in  
 conuersus; Adeste animis, inquit, viri; ad hunc hunc  
 stro perterritus Cambaianus Oceanus in nego  
 Atque hoc periculo defuncti Lusitani, Co mult  
 incolumes deuenere. Valcus, accepta pro ge, v  
 dum à Cocino varios huc illuc præfecto lictu  
 tit; nomenque Lusitanum in prislinam digne pirat  
 conatur asserere; graui morbo implicitus quot  
 impetu mouendarum rerum, excessit è vita tanis  
 Goæ tum Henricus Menesius præerat, ex fa pr  
 tute & integritate vir, is continuo in Ga ta; &  
 cum suffectus è successiōibus, vt appellat ti: de  
 rum est ratio eiusmodi. Transmissos è Luta stiga  
 gios codicillos, minimum tres, olim apud fit. H  
 re, aut scribam, nunc apud Goanum Archi ginta  
 pum, diligenter complicatos obsignatos ma  
 diri mos est, quibus in singulis, quasi per ginta  
 rem cautiùs celandam, adnotatum regio repe  
 rographo later nomen illius, qui, si Prate terra  
 prouincia diem obire contigerit; e Regia met  
 tate substituendus est. ijs autem codicillis ta i

superſcribitur, prima, ſecunda, tertia, vel quarta ſucceſſio: ita, vt, ſi eius qui primo loco nominatur, copia fuerit; ſecundum codicillum reſignare, vel aperire ſit nefas. Ergo, vbi Prætor morbo, aliove quopiam caſu deceſſit; conſilium cogitur. ibi, corā Archiepiſcopo, & magiſtratibus, qua diximus obſervatione, vt nullꝰ aut fraudi aut errori ſit locus, codicilli & ſigna ſoluuntur: cuius primum exierit nomen, huic deſertur imperium; reliqua nomina, ruſus occulta, ad Regis nutum arbitriumque adſeruantur. Id, ne per ſummi magiſtratus obitum provincia diutius orba periclitaretur; neu ob id ipſum inter præfectos certamina exiſterēt, ſapienter in tanto locorum interuallo prouifum eſt. Per hunc modū renuntiatuſ Prætor Henricuſ, ad regiæ negotia conſicienda, Cocinum petijt: & ex itinere multos Arabum paroneſ, Malabarica onuſtoſ fruge, vel cum ipſiſ oneribuſ cepit, vel diſſipatoſ in lituſ eiecit. Tumultuanteſ præterea ad Cananorū pirataſ, ſocij Regiſ rogatuſ compelſcuit, & vicoſ aliquot eorum exulſit. Inter que, ad Calecutū, ab Luſitanis ac Malabaribuſ denuò turbata pax eſt. Odiouſa primū controuerſiæ inter negotiandum exorta; & partiſ vtriuſque animi ſuſpicionibuſ irritati: dein vtrò citroque factæ iniuriæ: poſtremo, inſtigantibuſ e conſuetudine Saraceniſ, bellum exarſit. Hiſce rebus cognitū Henricuſ Prætor, quinquaginta variæ formæ nauibuſ, in quibuſ erant duo armatorum millia, Cocino Pananem oræ Calecutanæ contendit. ibi, cum ablatas reſ nequicquam repetiſſet, munitum denuò locum & celebrem, terra marique ſimul adortuſ, pulſo aut caſo Mahometano præſidio cepit, ac direptum incendit. Multa inde relata tormenta: quorum aliquot antea

A 2 ;

Luſi-



Lusitanorum apparebat fuisse. Lusitanus de-  
 ac transfuga præfuerat vniuersis. huius proci-  
 humi cadaver, densis cõcisa vulneribus factus.  
 ut agnosceretur, inuentum est. A Panane in  
 speciũ vrbis Calecuti prouectus Prætor, hanc  
 diocrem hostibus terrorem incussit. Naues  
 ibi complures. in eas flammæ confestim iniecta  
 simul, qui arcem tenebant, suorum aduentu  
 ti; eruptione facta, varijs locis igne subuulsi  
 culère. Inde Prætor, cõfirmato arcis præfidio  
 culsisque hostibus; leucas in Septentrionem  
 sex ad Couletum emporium eiusdem oræ pro-  
 sit. curuo in theatri modum, & accliuo litto-  
 portus est, ac mirè factò ad iacula certis in  
 nem partem ictibus dirigenda. eo cliuo aggre-  
 munitiones Mahometani perduxerant; infra  
 tionem habebant parones ferè centum & octo-  
 ginta, proris longo ordine in altum obuer-  
 plici vallo, tormentisq; aptè dispositis, & in-  
 armatorum numero (viginti hominũ millia  
 uenisse dicebantur) contra omnes incur-  
 pidum egregiè tutũ videri posset. Henricus,  
 perta hostium multitudine, sub ipsius portu  
 choras iacit. inde contemplatus naturam loci  
 genus operum, ac litribus ad vada exploratis  
 præmissis; tribus è partibus vno tempore, dis-  
 di hostis causa, oppidũ aggredi statuit. Simo-  
 Menesim cum bellatoribus trecentis in terra  
 gredi iubet; ac læuum cornũ munitionum in-  
 re. ipse cum centum & quinquaginta, non  
 us, descensu facto; ad læuam ducit; classarij  
 rat ad hostium naues rectà succedant, ita, clas-  
 re sublato, simul à fronte ac lateribus pugna  
 mittitur. Non exigua tum hosti, officina

pridem institutis, tormentorum copia suppetebat. eò maiori tenebantur spe, Lusitanū congressu arceri, & iaculis eminens obrui posse. quippe seminudi ipsi, patente ad plagas corpore, Hispanienses gladios, & ingentia pila, galeasque, ac thoraces horrebant. Verum eos longe fefellit opinio. Siquidem inter iaculandum coortus è tormentario fomite fumus ad instar nebulæ, subeuntem audacter Lusitanum egregie texit. & flammæ intermicantis indicio, hinc parones iniectis ferreis manibus nostri apprehenderant; inde in valium erepserant, & intra munitiones coniecerant signa, prius pæne quàm eos appropinquare sensisset barbarus. Lusitanis, tum Saracenorum aspectus; tum pax à Calecutano toties per fraudem violata acuebat iras. Nec diutius tulere dimicatione hostes. Pauci tantum coniurati ad extremum usque spiritum acriter obstitere. cæteri, quibus patrio more nihil erat pudoris ad fugam, strage suorum exterriti, terga verterunt. Henricus, in magna hostium cæde, non plus quindecim è suorum numero amisit; vulneratis duodequingenta; & oppido, & classe hostili potitur. Inter cæteram prædam, tormenta variæ magnitudinis aucta trecenta & sexaginta; & minorum fistularum ingens numerus. parones abducti quinquaginta tres, Indico aromate onusti plerique: reliqui flammis absumpti: ac postremo, totum oppidum, subiectis per iram ignibus, conflagrauit. Lusitanus gemina intra paucos dies victoria lætus, ouansque; Cananorem, inde Cocinum reuertit. Et Zamorinus, confecto quod per id tempus cum mediterraneis populis gessit: at bello, omnibus dein viribus ad Lusitanam arcem expugnandam incubuit. Arx ea

Calecutano erat imposita littori, quod, vti  
 diximus, insidiosum asperumque, vix in  
 malacia, paruis nauigijs accessum præbet. Iam  
 hyems aderat, eò acrius Zamorinus, ne ad  
 pus elaberetur, militares copias, & omnem  
 nandi apparatus vndique contrahebat: vti  
 rim vel operibus ac vi arcem caperet, vel ne  
 re ac fame Lusitanos in deditionem acciperet.  
 que exemplò, præfectus cum duodecim fere  
 libus peditum, ad urbem præmissus, quo in  
 ro Siculo quidam erat perfuga, non ignobilis  
 chitectus; qui Rhodiæ expugnationi cum  
 mano Turca interfuerat. hoc maximè artium  
 præceptore, barbari vallo & fossa lata peditum  
 octodecim, ad dimidiatæ Lunæ figuram, am  
 arcem instituunt, & ex vtraque parte, qua  
 in mare desinebat, arcendo nauali subsidio  
 la erigebantur duo, quæ obliquis ictibus  
 littus abraderent. dein, per ambitum fossæ, m  
 cis intervallis, propugnacula quinque excitantur,  
 vnde maioribus tormentis ad idonea loca  
 sitis arcis mœnia quaterentur. Hæc opera, m  
 munitores crebri ex arce impetus fierent, m  
 abundante multitudine, adhibitis pluteis  
 que, & instantibus præfectis, breui ad exitum  
 uenere. Arcem, Lusitani haud amplius trecenti  
 tinebant, præerat Ioannes Lima, vir & militaris  
 les, & gloriæ in primis avidus, is, cum nulla  
 esset nisi ab Oceano spes; duplici doliorum  
 ne; ingesta arena, & lorica extrinsecus addita,  
 chium ad mare protenderat; alternis inter dolia  
 mentis, ad arcendum ab latere hostem, apud  
 tis, & per expedita nauigia Prætores Henricus  
 de statu rei Calecutanæ federat certioré. Sub  
 1511

ineunte Iunio mense, cum hyems in ea regione fa-  
 quiret; Zamorinus ipse cum reliquo belli apparatu,  
 & nonaginta millibus hominum affuit. Arcu &  
 sagittis plerique; alij gladio & parma; alij etiã fer-  
 reis fistulis instructi conuenerant, in speciem de-  
 spicabiles, ceterum vsu armorum, & corporum a-  
 gilitate metuendi. Vt ex copia confedere; Sículus  
 architectus Zamorino perfecta opera diligenter  
 ostendit; rudiq; ad eiusmodi commenta barba-  
 ro, certam cum admiratione fiduciam iniecit, ar-  
 cis breui tempore potiundæ. atque id ipsum vt  
 quàm minimo Indorum damno fieret, Sículus, pe-  
 tito colloquio, Lusitanos cum alijs rationibus,  
 tum hostilis exercitus magnitudine proponenda,  
 institit ad deditiõnem hortari. Verum eiusmodi  
 oratione tantum absuit vt Limæ constantia mo-  
 ueretur; vt etiam ad laceffendum hostem vltro  
 cum paucis eruperit, sed magna fuit merces auda-  
 ciæ. Concurfu ab hostibus factõ, pæne circumuen-  
 ti Lusitani, multis acceptis illatisq; vulneribus,  
 ægrè ad suos receptum habuere. Inde exasperatis  
 vehementius animis; magno conatu & oppugnari,  
 & defendi arx cepta. Tormentis vtrinq; certabatur:  
 è quibus erant Calecutano, quæ dodrantali diame-  
 tro emitterent globos. Sed iaculandi erat dispar  
 admodum ratio. Ab Indis libratoribus, quippe non-  
 dum sat in eo genere exercitatis, ictus languidi, in-  
 frequentes, incerti; & si qui maris inciderant, egre-  
 gia laterum & structuræ firmitate respuebantur.  
 Ab Lusitanis, crebri, destinati, vehementes; & vbi  
 hostis arci succederet; confertæ ac seminudæ mul-  
 titudini certam stragem perniciemq; afferebant.  
 Multos etiam squamis arborum & fragmentis (sunt  
 autem ibi palmeta frequentia) repente carpi, vel

A 2 f

exani-

exanimari conspiceres. Verum ea damna habebat  
vt in tanta militum copia, facile sarciebant: et  
deserta stationum loca alij subinde alijque sum-  
erent; saucijs ac fessis integros recentisque sub-  
terent. Longè iniquiore conditione erant Indi-  
ni: quos, præter ceteras belli difficultates, ipse  
laborare semper solent, paucitas fatigabat. Pre-  
tulerunt, idoneis ad propugnandum locis, nota  
studii viros cum suo quemque manipulo cau-  
cauerat, ipse reliquos è præsidio circa se habere  
cum quibus circumspicere, & obire ad repen-  
pericula posset. Verum & militem cõficiabantur  
ter certaminis labore & plagas, diurnæ parti-  
nocturnæ vigiliæ: & præfecto, ad subitos ac-  
tos clamores, prout res exigeret, occurrendi  
rat facultas. Interea Henricus Prætor, cognita  
dione, duas naues cum propugnatoribus centum  
& quadraginta subsidio miserat. quarum alteram  
Christophorus Iufartes; alteram Eduardus Fon-  
ca ducebat. Iufartes feliciore cursu paulum  
regressus, propius ab Calecutano littore con-  
Fonseca, quod tardius aliquanto nauigasset, et  
repente cadentibus, ab longiore spatio anchoras  
iecit. Ad eas cõspectas naues, erecti partis verum  
animi. inclusorum; optati auxiliij spe. obfidem  
metu, ne tot iam exhausti labores in irritum con-  
rent: & locus ipse suspectus, iamdudum men-  
dorum curasque conuerterat, ne quid fallere  
le. Lima, cum ad littus accurrisset; animas  
sa paucitate eorum qui aduenerat (non plus  
ginta milites eo nauigio vehebantur) ne de-  
fensionem cum euidenti periculo tentarent; nuntij  
nificationibus admonebat. & ex ipso auxilio  
que, cõspectis Indorū, castris & frequenter

quandam eiusmodi aleam pernegabant. Verùm Iu-  
sartes cupiditate gloriæ omne discrimē impauido  
vultu contemnens, cum triginta quinque volunta-  
rijs in paronem desiliit; cæteris custodire nauem,  
& vbi primùm terram attigisset; missilibus procul  
hostem arcere iussis. Inde contento remigio ad ip-  
sum lorice os, ætuarij prora dirigitur; quò sube-  
untes facilius protegeret statio Lusitana, sed il-  
luc nautæ dum pari conatu enituntur; interea ( vt  
fit) paronem paulo infra eum locum vehemen-  
tior æstus abripuit. Eò ferocius progressi extra val-  
lum barbari complures instare: atque, vt erant nu-  
di, se se ad prohibendū accessu hoste aquis immer-  
gere. Nec Lusitani segnus è paronē se certatim eij-  
cere, ibi conferta in vadis manu, quàm acerrimè  
dimicatur. Cæteri ad spectaculum intenti, prop-  
ter ancipites ictus, ne suos impetant hosti permi-  
stos; iacula cohibere coguntur. Cùm aliquādiu du-  
bia sterisset pugna; Lusitani ad extremum deprimē-  
tibus vestimentis ingenti labore eluctati, quatuor  
è suorum numero desideratis, pluribus saucijs, cū  
magna vicissim hostium cæde, intra lorice fau-  
ces audacissimè penetrarunt: ac nihil propius fa-  
ctum est, quàm vt instantes ab tergo Indi simul  
irrupèrent. In eo tumultu eximia Emmanuelis  
Cernicij constitit fortitudo, is, cùm iam introisset  
munitiones, & fatigatus, & saucius; circumuētum  
respiciens præcipuum è commilitonibus quendā;  
recurrat protinus: ac laborantem, summotis acri-  
ter Indis, recepit in tutum, magna vel mercede,  
vel gloria; quippe, omnium consensu ciuicam  
promeritus coronā; ipse post dies aliquot è vulne-  
ribus exspirauit. Sed interim dum ad mare Lu-  
sitani

stani praesidiarij suis adiuuandis atque intron-  
tendis insistent; ex altera parte frequentes barbari  
desertas rati stationes, arcem scalis inuaserant.  
nuntio excitus ab littore Lima, cum promp-  
tis aduolat: & pluribus locis conantem sceleris  
re Malabarem; contis, gladijs, telis, igne derum-  
brant. Erant Lusitano varia nouae artis iacula, ad hostes  
cominus eminusque impetendum. Sed e prom-  
ptis quo nihil Indos aequè terrebat, atque incendit  
bolides, quod est inuentum eiusmodi. Ollam tu-  
gilla semicocta, quò facilius deinde rumpatur  
cundatis ansulis tribus quatuorve, sulphureo  
plent puluere, & osculum diligenter obturatum  
ad eas ansulas igniti funiculi e gossipio vel flamma  
alligantur, ubi ad coniectum eius teli ventum  
contorta brachijs olla repente diffringitur; le-  
mul arreptis e fomite adalligato fauillis, ingre-  
tircunstatum damno, flammam edit inuitabilem  
quod missilium genus, in praesidijs duntaxat nauibus  
bus primò vsitatum; ad terrestria quoque certatim  
na exitiabili commento deinde translatum est. In  
maximè pernicie repulsi a moenibus Indi vici-  
ti cum insana trepidatione sese intra munimenta  
recepere. Interea praefectus nauis alterius Fons-  
ca, quamquam probè animaduerso discrimine  
rum qui in littus exscenderant; paratus tamen  
dem aleam, si res ita postularet, subire; per Lima  
ad sagittam reuinctas quaesuit ab Lima, quid  
tali tempore faciendum censeret. Ille verò, eade  
vsus arte sagittae, de consilij sententia respon-  
dit. Nequaquam se Fonsca suosque in apertum  
periculum obijceret; tutum in arcem intron-  
taud minus quingentorum Lusitanorum praesidium  
posse obtineri. Proinde rediret Cocinum prope

rè;ageretque cum Prætorè diligenter (ad quem simul ipse in eadem sententiam scriptas litteras dabat) vti militum quingentorum spectata virtute subsidium, & sulphurei pulueris vim, & ad obsidionem tolerandam alimenta submitteret. Cum hoc responso Fonseca per infensos infestosque fludus hyeme summa Cocinum reuertit. & Prætor, cognito suorum periculo, Antonium Syluium ad opem obsessis ferendam cum aliquot nauibus, & viris quot Lima petierat, extemplò proficisci iubet. ipse interea classi ornandæ operam dabat; vt cum primùm se aperuisset mare, cum maioribus copijs eò contenderet. Hæc vbi per exploratores Calecutum allata; confestim Zamorinus, antequam inclusis accederent vires; omni conatu rursus oppugnare arcem aggreditur. Neque Siculus architectus, egregiè se se barbaro venditans, incirratissima deerat ipsius cupiditati, aggerè ex Turcica disciplina promouendo, mœnibus adæquarat. Cuniculos præterea sub terras agebat; locis etiã quibusdam statuebat oris vasti mortaria; è quibus in sublimè acta ingentia pondera cum horribili strage in arcis tecta deciderent. Sed operũ eiusmodi, quæ Zamorinum inani fiducia inflarant, vbi ad pugnam ventum est, haudquaquam expectationi respondent euentus. Indi telis ac missilibus ex aggere deturbati: cuniculi excepti cuniculis: & mortaria, quemadmodum, vbi a perito magistro locantur, magnum hosti detrimentum important; ita, si artificium ab sit; in eandem pene regionem recedente globo, inachinatoribus interdum ipsis exitio sunt. Quo circa Zamorinus, haud mediocri suo malo peregrinas artes expertus, reliquũ spei in sæuitia hyemis, & famè reposuit. neque ea spes fefellisset hominẽ, si  
ad ar-



ad arcendos commeatus vel modicam classem  
 fructa in proximo tenuisset. Ex quo verum ap-  
 ruit Themistocleum illud: Qui mare posside-  
 nia possidere. Lusitani, Syluio duce ab Cocinop-  
 missi, quamquã atroci tēpestare disiectis nauibus  
 tamen vt sese ex iactatione refecerant, alij sub-  
 atque alij Calecutum accedebant. Lima, fatiga-  
 iam, & ab oppugnatione deterritis hostibus, in  
 inopiam metuens; modica militum auxilia re-  
 bar: affuturum mox cum iustis copijs Henricus  
 exspectans. Tantum sulphurei pulueris & com-  
 tus presentem expetebat copiam. Vtraque, in  
 intempestæ silentio, scaphis paulatim in arcem  
 inuecta. & vulgo iam è muris, Lusitani, sub-  
 ti deditioem hosti, recentes carnes, alia que  
 ria, & ipsum deniq; in delicias betele ostentat.  
 Ea res Zamorini contudit animos. & circum-  
 iam hyeme, cum nauibus viginti, bellatoribus  
 le quingentis aderat Prætor. is, tum à mari, tum  
 arce tormentis hoste summoto; cum ingenti  
 more pluribus locis armatos in terrã exposuit  
 missisq; intra hostiles fossas audacissimis è sum-  
 numero, cum ex alijs quoque partibus alij ad-  
 lum intrepidè subiissent; ad tria Indorum  
 partim ferro, partim igne deleuit: in quibus  
 quoque architectus, proditæ ac desertæ Chri-  
 næ fidei noxam luit incēdio. è Lusitanis eo die  
 lo plus triginta cecidēre. saucij relati amplius  
 centi: & Henricus, proruto Indorum vallo, arcem  
 que oppletis, idoneo prope arcem loco castrum  
 munijt. Inde Zamorinus & suorum territus  
 ge, & simul veritus, ne in proxima palma  
 ni fauissent (quo detrimento, vt supra diximus,  
 nil genti grauius aut acerbius est) misso castrum

torē inducias petijt. in quadriduum datæ. interea  
de pacis conditionibus actum: neque conuenit, eò  
maximè quod Zamorinus insignem quendam è Co  
cinenſi ditione perfugam tradere abnueret. Ac de  
mum Henricus pertelus Indicæ leuitatis, & Maho  
metanæ perfidiæ; præſidium abducere ab Calecu  
to, & arcem à fundamentis excindere ſtatuit: præ  
fertim quod ita uelle Ioannem Regem è commen  
tarijs Vaſci Gamma didicerat. ergo, muris & pro  
pugnaculis, opere ſubterraneo, ſulphurei pulueris  
de more copiam ſubdi iuſſit. dein militibus, & ma  
chinis, omniq̃ue inſtrumento raptim in naues  
impoſito ( cuius rei facultatem & natura loci, &  
nautica turba præſtabat) ignes cauernis iniecti; &  
barbaris illicò, ſi quid fortè prædæ relictum eſſet;  
ſtolidam temeritate in arcem ingreſſis ( tanta ineſt  
hominibus rapiendi libido) interim è ſpecubus cę  
cis erũpentes momentò flammæ pleroſque hauſe  
re; & cum horribili ſtrepitu moentũ ſtructura diſ  
ſilijt. Atque is ſinis & arcis, & obſidionis fuit. Hen  
ricus, incolumi claſſe & exercitu Cocinum reue  
ctus; alios aliò præfectos dimiſit. ipſe inde ſepten  
decim nauibus Cananorem petijt. ibi, dum expedi  
tionem in Cambaiã, Diuinq; meditatur; cùm non  
toto biennio rem Indicã adminiſtraſſet, graui op  
preſſus morbo, paucis diebus è uita migravit an  
no poſt Chriſtum natum M. D. XXVI. Hoc Præto  
re, fama nominis Luſitani, reſſeſcere uifa quo  
dammodo: reque ipſa comprobatur eſt; tanti mi  
litem, quanti ducem eſſe. Atque in ciuilibus; etiam  
rebus non uulgari prudentia fuiſſe dicitur: &  
quod perrarum in euſmodi prouincia eſt, ab qua  
tuta, & à fordibus alienus. Sub idẽ tempus ad Ma  
lacam pariter bene geſta res eſt. Alodini copia, cū  
urbem

urbem terra marique vehementer vrgerent,  
 paucis egressis obuiam Lusitanis, cum igno-  
 rante & fugate. Et ex acri obsidione, Linguam  
 gulus, parua manu Lusitanorum exemptus  
 ia Nara, gener Alodini, Linguam obsederat  
 us exercitu cæsi sexcenti, & plurimi vulnera  
 runt, vno tantum è nostris desiderato. Et  
 cis aliquot Lusitani ad Celebes populos  
 fa profecti, cum littoribus arcerentur, for-  
 state ad insulã trecentas inde leucas abrepti  
 incolæ, moris antiqui homines, mira simplici-  
 ac securitate sese per nutus & nonnulla Me-  
 sis linguæ commercia, in consuetudinem  
 dedere. Egregio in primis habitu, & amabi-  
 tus hilaritate sexus vterque est, promissa  
 capillo sunt viri, præmolliibus stercis regunt  
 pora. Ad fabriles vsus, spinis piscium pro-  
 tis vtuntur. Ignoti ad eam diem & nominis  
 gionis erat insula, tum primùm, à nauclero  
 no, dimensis cæli plagis, nauticam in mem-  
 ex arte relata est, deq; ipsius naucleri nomi-  
 metij Sequeriæ insula exinde appellata. Nō  
 erga Lusitanos comitas eo tempore in Arabi-  
 ris accolis existit. Hector Sylueria cum  
 nauibus Erythreas angustias tuebatur. Hæ-  
 rabiz, qui Dofarem urbem incolunt, accessu  
 bere conati, audaciæ pœnas dedere, profligati  
 cum armis ad mare prodierant: oppidum  
 & direptum est. & insulæ duæ, Mazua, &  
 quod sese ij populi infestos prætereuntibus  
 nis præberent, ab eodem Sylueria domi-  
 nuo stipendio imposto, in ditionem red-  
 mul, Aethiopica legatione perfunctus, antequam  
 quàm ad Arquicum exscenderat Rhotem

ma, in classem acceptus. Accessit ab Aethiopico, seu Abassino Rege legatus ad Lusitanum Regem nomine Zagazabus: itemque cum donis ac litteris ad Romanum Pontificem Franciscus Aluarus, cuius supra meminimus, Rhoterici comes. Is in Lusitania reuectus, Italiam deinde petijt, ac Bononia, in celeberrimo conuentu, cum Caesar coronatus adesset; Clementi VII. vti Ecclesiae vniuersae Pastori, & summo in terris Dei Vicario, paratam ad omne obsequium voluntatem Abassini Regis ac studium, solenni cum adoratione, & pedum osculo detulit.

# HISTORIARVM

## INDICARVM

### LIBER NONVS.



ENRICO Menesio vita functo, à primoribus Lusitanis ventum in curiam est: ibi apertus alter codicillus, inscriptum ostendit nomen Petri Mascarenia, qui Malacae urbi tum praerat, vir bello fortis, & natura munificus, atque ob id ipsum apud omnes ordines gratiosus. Verum illud erat in ea successione incommodi; quod, nisi vertente anno, Mascarenias à Malaca, propter tempestatum rationem, adesse non poterat: cum interea simul à Calcutano, & Cambaiano Regibus, & quod magis erat formidandum, ab ipso Turca bellum immineret: minimeque expediret, eiusmodi rerum statu, parente ac praeside tandiu carere prouinciam. Ob eam maxime causam, Alphonsus Mexias regius Quaestor,

Bb

cuius